

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,

ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;

ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.

LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA  
NATURÆ

PER  
*REGNA TRIA NATURÆ,*

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,  
GENERA, SPECIES,

CUM  
*CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS  
SYNONYMIS, LOCIS.*

TOMUS I.

EDITIO DECIMA, REFORMATA.

Cum Privilegio S:æ R:æ M:is Svecia.

HOLMIÆ,  
IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.



O JEHOVA

*Quam ampla sunt Tua Opera!*

*Quam sapienter Ea fecisti!*

*Quam plena est Terra possessione Tua!*


S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO  
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO que  
COMITI  
D:NO CAR. G. TESSIN,  
REGIS REGNIQUE SVI OGOTHICI SENATORI,  
REGIÆ CANCELLARIAE PRÆSIDI,  
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUMMO  
MARESCHALLO,  
EDUCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GUSTAVI PRÆFECTO,  
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,  
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJEST. SERAPHINORUM EQUITI AURATO  
ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA,  
NEC NON OMNIVM S:Æ R:Æ MAJEST. SVECICÆ  
ORDINVM CANCELLARIO  
*SACRUM.*

Cum quivis auctor speret se apud posteros gratiam  
habere & posse secum duratura nomina educere,  
AUCTORI meæ fortunæ Libellum decimò nunc offero;  
ILLE me, peregrinum in patria, reducem exceptip;  
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;  
ILLE mihi spartam Medici classici procuravit;  
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;  
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, paravit;  
ILLE me ad Sereniss. Reges introduxit;  
ILLE meas errare boves ut cernis & ipsum  
ludere qua vellem calamo permisit agresti;  
quare  
cana prius gelido desunt absinthia ponto  
quam immemor vivam

TANTI MÆCENATIS

Upfaliae 1757,  
d. 24 Maii.

Cultor devotissimus  
C. LINNÆUS.



*Magnus est DEUS noster,  
Et magna est potentia Ejus,  
Et potentiae Ejus non est numerus.*

## RATIO EDITIONIS.

### SYSTEMA NATURÆ iteratis vicibus prodiit.

1. Leydæ 1735 Folio imper. pag. 12. a me per J. F. GRONOVIIUM.  
*Conspicillus tantum operis & quasi Mappa Geogr.*
2. Holmiæ 1740 Octavo. pag. 80. a me ipso revisum.  
*Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Hale 1740 Quart. oblong. pag. 70. per J. J. LANGEN.  
Latino-germanice, ceterum idem cum 1.
4. Parisiis 1740 Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEUM.  
*Adjecta nomina Gallica. idem cum 2.*
5. Hale 1747 Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER.  
*Nomina Germanica, ceterum idem cum 2.*
6. Holmiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipso.  
*Characteres effent. Vegetabilium. Species Anim. & Lapid.*
7. Lipsiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. per Typographum.  
*Nomina Germanica, ceterum idem cum 6.*
8. Holmiæ 1753 Octav. p 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN.  
At regnum Lapideum Scaræ 8:vo per MÖLLER.
9. Leydæ 1756 Octavo. pag. 226. per GRONOVIIUM.  
*Paucissima de Avibus, Piscibus. idem cum 6.*
10. Holmiæ hac editione, longe auctius factum a me ipso:  
*Species animalium omnium mihi cognitorum cum Differen-  
tii, Synonymis, Locis, nominibus Trivialibus.  
Methodus Animalium ex novis observatis reformata.  
Piscium imprimis nova methodus cum Auctorum observatis  
radiis pinnarum.  
Plantarum reformati characteres, emendatae differentiae  
variae.  
Lapidum plures species, observationes, & omnium Nom.  
Trivialia.  
Observationes in Regna Naturæ novæ, cum introductione  
in Naturam.*

RA

A

COL.

COLLECTANEA, quæ obtinere potui, disposui; imprimis  
 adjevavant  
 Si ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom. 1.* quem edidi,  
 & *tom. 2.* *Msc.* de *Animalibus exoticis*, quem componui.  
 Si LOVISÆ ULRICÆ Regine Museum *Msc.*  
 in *Conchiliis & Insectis* appendum, descriptionibus adornavi.  
 C. TESSIN Museum, Holm. 1753. Fol.  
 in *Lapidibus & Conchiliis* magnificum.  
 C. DE GEER Museum.  
*Amphibii, Insectis* aliisque rarioribus dives.  
 UPSALIENSIS Museum Academæ:  
 ex *Animalibus* undiqueque conquisiti.  
 STOCKHOLMENSIS Museum Academæ Scientiarum.  
 Variis pulchris naturalibus scatens.  
 ITINERA propria: *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Westergotthicum* 1746, *Scanicum* 1749 edita; & *Lapponicum*  
 1733, *Dalecarlicum* 1734 inedita.  
 Disciplorum quondam meorum instituta Itinera, mihi, ab ex-  
 teriorum gazophylaciis remoto, proficia:  
 C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed perii in Peulicandor) 1745.  
 P. KAUMH in *Pensylvaniam & Canadam*. 1747.  
 L. MONTINI in *Laponiam Lalessem*. 1749.  
 F. HASSELQUIST in *Egyptum & Palæstinam*. 1749.  
 O. TORNEH in *Malabariam & Suratte*. 1750.  
 P. OSBECK in *Chinam & Jazam*. 1750.  
 P. LOEFLINGH in *Hispaniam & Americam*. 1751.  
 P. J. BERGH in *Gotlandiam* insulam. 1752.  
 M. KÆLLERI in *Italiam & Apuliam*. 1752.  
 D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem & Tornensem*. 1753.  
 D. ROLANDRI in *Surinamum & Eustatum*. 1755.  
 FINEM Operis obtinero, si inde  
 Peregrinatores dignoscant notiora autem naturalia.  
 Curiosi attentiores *Mæsa* intrantes, visa intelligent.  
 Doxi nova, nec tria, actis suis inferant.  
 Scientia faciliter ergeatur sepositis vulgarioribus.  
 Nomina magis stabilantur, imprimis *Trivialia & Generica*.  
 His utere L. B. donec alii plura præstantioraque sistant.

Upalia 1757. Maij 24.

## IN-

Docuisti me DEUS a juventute mea,  
 & usque nunc prouidebo Mirabilia Tua.

## INTROITUS.

**H**OMO mundi intraturus theatrum queritur *Quis*  
 sit: *unde ortus?* e stemmate Creationis; *Quo ten-*  
 dat? ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo*  
 munere? curiosum esse similemque quidem reliquis ani-  
 mantibus (quæ vorant, ludunt, pruriunt, generant,  
 multiplicantur, dormiunt, commoda stabula querunt,  
 proximis sui generis inserviunt, vitam tuentur, sentiunt,  
 percipiunt,) sed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratio-  
 cinatur, miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O  
 quam contempta res est homo, nisi supra humana se cre-  
 xerit! Quid enim erat cur in numero viventium se pos-  
 sum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut  
 hoc corpus casurum peritumque sarciret? quæ tanta  
 necessitas in fundum telluris intimæ hominem mersit, ut  
 oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris, ab hoc se a-  
 verteret? Puto certe multos ad sapientiam perventuros,  
 nisi superbia magnæ fortunæ inflati, putassent se perve-  
 nisse; sapiens utique est, qui fines respicit.

*Finis Creationis telluris est gloria DEI ex Opere Na-*  
*turæ per Hominem solum.*

Tanto igitur magis nosse Naturam opere pretium,  
 quo nullum majus est! neque enim quidquam habet in  
 se hujus materiæ tractatio pulchrius, cum multa lateant  
 futura usui, quam quod hominem Magnificentia sua de-  
 tinet, nec mercede, sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis com-  
 mittitur, & quam multa, præter hæc, quæ vidimus,  
 in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia; ne-  
 que enim omnia Deus humanis oculis nota fecit. Multa  
 etenim sunt quæ esse audivimus, qualia autem sint igno-  
 ramus! quamque multa hoc primum cognovimus seculo!  
 & quidem multa venientis ævi populus, ignota no-  
 bis, sciēt! multa seculis tunc futuris, cum memoria  
 nostri exoleverit, reservantur; veniet tempus, quo ista  
 quæ nunc latent, in lucem dies extrahat & longioris  
 ævi diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul  
 tradit; initiatos nos credimus, in vestibulo ejus hacre-  
 mus;

inus; illa arcana non promiscue, non omnibus patent! reducta & interiori sacrario clausa sunt; involuta veritas in alto latet.

Si in hoc juventus sobria incumberet (\*), hoc Majores docerent, hoc Minores addiscerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa Tellure, & levi manu qvarimus. Magni omnino res est rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriore ejus conspectu, introspicere & in Divina secreta descendere. Senec.

Intravi itaque densas umbrasque Naturæ Silvas, hinc inde horrentes acutissimis & hamatis spinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam esse circumspectum didici, cuius non diligentia sibi ipsi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinos, humerisque insilientium simiolorum speculationes sustinui, incessi viam & quem dederat cursum fortuna peregi.

## IMPE- O JEHOVA!

Quam magnifica sunt Tua Opera!  
Vir insipiens non cognoscit ea  
& stultus non animadvertis ea.

David.

(\*) Confer Worm, mus. prefat. I.

# IMPERIUM NATURÆ.

DEUM sempiternum, omniscium, omnipotentem a tergo transuentem vidi & obstupui! legi aliquot Ejus vestigia per creata rerum, in quibus omnibus, etiam minimis, ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Observavi Animalia inniti vegetabilibus, Vegetabilia terrestribus, Terrestria telluri; Tellurem dein ordine inconcusso volvi circa solem, a quo vitam mutuatur; Solem demum circa axin gyrari cum reliquis Astris, systemaque Siderum, spatio & numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo suspensum teneri ab incomprehensibili Movente primo, ENTE ENTUM (a), Causa causarum, Custode Rectoreque universi, mundani hujus operis Domino & Artifice. Vis illud FATUM vocare, non errabis, est ex quo suspensa sunt omnia. Vis illud NATURAM vocare, non errabis, est ex quo nata sunt omnia. Vis illud PROVIDENTIAM vocare, recte dices, est cuius consilio mundus actus suos explicat (b); totus est SENSUS, totus VISUS, totus AUDITUS, totus ANIMÆ, totus ANIMI, totus SUI; hujus EXTERA indagare non capit humanae conjectura mentis (c); NUMEN esse credi par est, aeternum, immensum, neque genitum neque creatum (d). Hoc sine quo nihil est, quod totum hoc fundavit & condidit, quodque oculos nostros & implet & effugit, cogitatione tantum visendum est; in sanctiore enim secessu Majestas tanta delituit, nec ulli dat aditum nisi animo. (e)

MUNDUS complectitur omnia sub jove, quæ in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt hæc Astra, Elementa, Tellusque incenarrabili velocitate circumacta; horum inoffensam velocitatem procedere videmus aeternæ legis imperio, nec esse temere errantis hunc ordinem, neque que temere coiverunt tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat (quasi) immotum & circum se properantis cœli sagam spectet. (f)

(a) Aristoteli. (b) Senec, quæst. II: 4; hoc respectu, sed caute, ne effusus sumatur pro causa. (c) Exod. XX: 4. (d) Plin, Nat. II: 7. (e) Senec, VII: 31. (f) Senec, I: 1.

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quæ gyrantur motu perpetuo; sunt hæc aut SIDERA propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stelle fixæ*; aut PLANETÆ a sideribus lucem mutantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; secundarii obsecundantes Planetis, ut *Luna* Telluri, aliisque; nec posse sine Custode tantum opis flare, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quæ casus incitat sœpe turbari & cito arietare. (g)

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphaerae Planeta-  
tarum constituentia, spatia inter Altra forte repletiva:  
TERRA opaca, fixa, frigida, quietescens, sterilis.  
AQUA diaphana, fluida, humida, penetrans, concipiens.  
AER pellucidus, elasticus, siccus, obvolitans, generans.  
IGNIS lucidus, resiliens, calidus, evolans, vivificans.  
Omnia Elementorum alterni recursus sunt, quidquid alteri  
perit in alterum transit; alterne sunt vires rerum. (h)

TELLUS est globus planetarius horis 24 rotatus, circum solem quorannis in orbem actus, Elementorum atmosphera obvelatus, revum Naturam supendo certice teatus, cuius cognoscenda superficie studemus. Globus hic terraqueus est, cuius depressorem partem Aquæ inundant & Mare lente coarctandum; elatiorem vero aquæ surgunt sensim dilatandam in Continentem siccum habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in nubes acto, irroratur, ut summi montes perennique nive Alpini Scaturigines in Fluvios perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terretri cibò addant in alimen-  
tum incolarum, ðam venti motum excitant Ignis calore vi-  
vificatis corporibus. Sic omnia adjuvabunt Naturam, ut na-  
tura opera peragantur (1).

NATURALIA sunt corpora cuncta Creatoris manu composita, canticem Telluris constituentia, in Regna Naturae tria divisæ, quorum limites concurvunt in Lithophytis.

LAPIDES corpora congesta, nec viva, nec sentientia.

VEGETABILIA corp. organisata & viva, non sentientia.

ANIMALIA corp. organisata & viva & sentientia, sponte se moventia. Tota cuim hujus mundi concordia ex discordibus conflat (8); Nec ad unam Natura formam opus suum præstat, sed in ipsa varietate se jactat (1).

HOMO

HOMO sapiens, creatorum operum perfectissimum, ultimum & summum, in Telluris cortice, Majestatis Divinæ stupendis indicis obiecto, constitutus, secundum sensus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conservationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechanismus, Nexus, Fines, Commoda. Sic totas Mundus gloria divina plenus est (m), dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata contemplatur auctoris sui Majestatem ex fine creationis, dignus hospes constitutus Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit presentia voluptatis cœlestis, cuius particeps Animus in luce obambulat & tamquam in terrestri cœlo vitam degit (o); Nec pietas adversus DEum, nec quanta huic gratia debeatur, sine explicatione Naturæ intelligi potest (p).*

SAPIENTIA, divinæ particula auræ, sumnum est attributum  
Hominis Sapientis. Primus Sapientiæ gradus est res ipsas nosse.  
Notitia consistit in vera *idea* objectorum, qua similia a dissimili-  
libus distinguntur *notis* propriis, a Creatore rebus inscriptis;  
hanc notitiam ut cum aliis communicet, *nomina* propria non  
confundenda singulis diversis imponat; Nomina enim si pe-  
reunt, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt,  
quibus destitutus nemo naturam legerit; qvum ignorato gene-  
re proprio, *nulla descriptio* quamvis accurate tradita, certum  
demonstret, sed plerumque fallit (q).

METHODUS, anima Scientiæ, sistat notas proprias rebus  
inditas systematice digestas; Systema apte quinque tantum  
subdividitur: sic

*Classis, Ordo, Genus, Species, Varietas.  
Genus sum. G. intermedium, G. proximum, Species, Individuum.  
Provincia, Territoria, Parociae, Pagi, Domicilium.  
Legiones, Cohortes, Manipuli, Contuberzia, Miles.  
Nisi enim in ordines redigantur & veluti castrorum acies  
distribuantur tumultu & fluctuatione omnia perturbari ne-  
cessa est (r).*

NOMINA respondeant Methodo Systematicæ; sicut itaque:  
Nomina Classem, Ordinem, Generum, Specierum, Varietatum,  
Characterem, Classem, Ordinem, Generum, Specierum, Varietatumq;  
Differentiis definita , nam nomina nosce oportet qui rem scire

A 4

velit,

(g) *Sens.* (h) *Sens.*, III; 10. (i) *Sens.*, III; 29. (k) *Sens.*  
(l) *Sens.*, I, II; 27.

velit, consulis enim nominibus omnia confundi necesse est.  
Nominum ideoque impositio primi hominis in aurea etate actio erat.

SCIENTIA Naturæ innititur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Systematicæ tamquam filo, arianeo, secundum quod Naturæ mæandros unice tutoque permeare liceat.

meare licet.  
Ordo alius struens est, alius est inhabitantis. Creator incep-  
pit a simplicissimis elementis Terreis, per Lapidem, Vege-  
tabilia, Animalia in hominem desit. Homo autem incipiat  
a se ipso, destinat in Terram. Auctor Systematis a parti-  
cularibus ad universalia ascendat; Doctor vero contra a ge-  
neralibus ad specialia descendat. Fontes enim concurrunt  
in rivos, hi in fluvios; ascendat autem nauta quounque  
poterit, nec tamen fontium ultimas origines attingerit. Data  
distincta rerum cognitione ulterius penetrandum in Specia-  
lissimas Proprietates, Phænomena, Mysteria, Dotes, Vi-  
res, Usus; Naturalis qvum Scientia trium regnum Funda-  
mentum sit omnis Diæta, Medicina, Oeconomia tam  
private quam ipsius naturæ. Felices agricola bona si sua  
uerint.

Omnis res creatæ sunt divinæ sapientiæ & potentiaæ testes, divitiæ felicitatis humanæ; ex harum usu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conservatione*, *Proportione*, *Renovatione*, potentia *Ma-  
iestatis* eluctet. Earum itaque indagatio ab hominibus sibi  
iustificis semper astimata; a vere eruditis & Sapientibus sem-  
per exulta; perverse doctis & barbaris semper inimica fuit.

RE-

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,  
& virtutem Terribilium Tuorum dicant  
generationes.

*David.*

# REGNUM ANIMALE.

**ANIMALIA** organisatione viva, nervis *sentiunt*, *percipiunt*,  
seque ex arbitrio *moveant* motu possibili.

VIVENTIA singula, in multiplicatione prodiga Natura, orditer a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liquido, cum omne vivum ex ovo.

OVUM intra *Tunicas*, sœpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cuius lateri emergenti insertum *Punctum Iatius*, vegetans in *Embryonem*, caulecentem l'uniculo umbilicali, radicatum placenta vitellina.

MATER prolifica promittit ante generationem vivum compendium novi animalis sive simillimi, tamquam plenumlām intra semen vegetabile; hoc Patris polline spermatico elēctrisatum calore excluditur; Punctum saliens enim Ovi incubantis Avis ostendit primum Cor mīcans Cerebrūnque cum Medulla; corculum hoc, cessans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, sensim dilatata, liquores secundum canales fluxiles. Punctum vitalitatis itaque in viventibus est tantum a prima creatione continuata vītē ramificatio, cum ovum sit gemma matris ab exordio viva, licet non sentiens ante fœcundationem; sic Generatio *Æquivoca nulla*.

COR<sup>P</sup>US Animantium composita est machina;

NATURALIS, vegetat e cradio *Tubere* crustato, *Caule* verticali, articulato, rigido, opposite ramoso, cui insident *Folia* carnosa, fibrosa, sparsa, apicibus etiam affixa in Musculos, produnt *Fructificatione* genitalium e dichotomia ultima caulis.

VITALIS, e Bulbo Cordis perpetuo mobili, radicata vasis lacteis intra tubi intestinalis sterquilinum, ramificatur ad caulem naturalem dupli canali circulante, ne succus alimentaris quavis tempestate & statu deficiat.

ANIMALIS, è *Bulbo Cerebri* repentinque *Médullæ*, indolis incognitæ, fedis cogitantis, Fila simplicissima, electrica ad fibras omnes irritabiles exserit, per quæ cogitans sentit & movet.

ORGANA sensuum machinæ sunt physice, insertæ extremitati nervi, sensorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal :

Oculus: Camera obscura imaginem proportione, figura, colore depingens.

## REGNUM ANIMALE.

## REGNUM ANIMALE.

AURIS: *Tympanum membranæ corda tensæ super cochleam, a motu aetheris tremens.*

NASUS: *Membrana latissima, humida, contortuplicata, aëris perireptantia volatilia figura.*

LINGVA: *Spongiosa bibula, sparsæ, humido solutum atrahentes.*

TACTUS: *Papilla mollesculæ, figuram impressam brevi affluentes.*

Hic gaudent plurima Animalia, sed non omnia. Plura si Creatori addere placuerit, plura percipient; ut Magnete præsentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennæ* Insectis solis concessit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione solida præsentia; examinat *Nasus* volatile nervis, *Lingua* solubilia fibris, affluentes: s. contagia salutaria, s. verita noxia.

COGITANS allicit ad velle gratum, aut nolle ingratum.

GAUDIUM	puerile,	sanguineum, rubrum, olcosum, spongiosum, tepidum, libere pulsans, anhelans, ridens, transpirans, promptum.	Vita.
METUS	juvenilis,	palegmatice, pallescens, aquosus, laxus, hortens, debile pulsans, dyspnoicus,	
IRA	fusocans,	cacans, tremens.	Morbus.
MOEROR	virilis,	cholerica, fusca, spirituosa, stricta, fervens, dore pulsans, asthmatica, fletens, miecturiens, agitans.	Medicina.
	senilis,	melancholicus, ater, acidus,	
	rigidus,	frigidus, tarde pulsans, orthopnoicus,	
	fuspirans,	obstipans, quiescens.	Mors.

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defenit, *Moeror* amissa luget.

IMPERANTUM caussa quemadmodum Populi non sunt nati, sed subditorum ordini servando Imperantes constituti, ita Vegetabilium caussa Animalia Phytophaga, phytophagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal in economia naturæ) ob maxima & singula, sepe vero præcipue, tava mercede conducta tyrannidem exercent, ut Proportio eum nitore Reipublicæ naturæ perennet. Vicissim singuli cives conspirant in Majestatem Hominis rationalis imperantis, cuius est summum Reipublicæ auctorem agnoscere.

RES

RES PUBLICA Naturæ, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios ad Mare trauians, e numerosissima Plebe in pauciores Nobiles, paucissimosque Magnates ad Imperantem adscendit, dum Animalia minima, numero, vi, potentia facile infinita, in usum cedant majoribus, inertioribus, præstantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota sit.

OPERATIONES incolarum præcipue sunt: 1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis sufficiant. 2. *Ausferre* immunda, cadavera, languida, conspurcata, stagnanta, acida, putrida, ut nitor aulæ fulget. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, ut renovetur annum theatrum; 4. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium servare, ut proportio perennet. 5. *Vindicare* se ipsos ab interitu, ne vacet administrationis.

MINISTRI, propriis munis præfixi, tot sunt, quot animalium Species, singuli ad officia proprio commodo allecti, qvum ex labore sustentationem suam reportent; ne quidquam deficiat, ubi nihil supervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis sepe immiscat, simulque lucrum alteri præcipiat; sub pena capitali faculta Lex, ipsa sensibus, Olfactus imprimis & Gustus, inscripta, ne transgressores excusabiles evadent. Sic rapina rerum omnium est, quam Armis, Fulcris, Munimentis, Halitu eludunt vivaciora, dum Languida succumbant, & Vegetiora in motu festinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES etiam præfixi ad munera promte peragenda: blanda *Venus* ad propagationem irritat; avara *Fames* ad sustentationem impellit; atrox *Dolor* ad conservationem cogit; neque haec sine Nutrione.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna structura indicatur:

COR biloculare, biauritum;	ſ viviparis	Mammibus.
Sanguine calido, rubro.	{ oviparis	Avibus.
COR uniloculare, uniauritum;	ſ pulmone arbitrio Ambibiis.	
Sanguine frigido, rubro.	{ branchiis externis Piscibus.	
COR uniloculare, inauritum;	{ antennatis	Insectis.
Sanguis irigida, albida.	{ tentaculatis	Vermibus.

## I. MAMMALIA.

*Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro. (\*)*  
*Pulmones respirantes reciproce.*  
*Maxillæ incumbentes, tectæ.*  
*Penis intrans viviparas, lactantes.*  
*Sensus: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.*  
*Tegmenta: Pili, pauci indicis, paucissimi aquaticis.*  
*Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, in quibus  
pedes posteriores in cande pinnam coaili.*

## II. AVES.

*Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro.*  
*Pulmones respirantes reciproce.*  
*Maxillæ incumbentes, nudæ, exsertæ, edentulæ.*  
*Penis subintrans absque feroto oviparas crusta calcarea.*  
*Señus: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.*  
*Tegmenta: Pennæ incumbentes, imbricatae.*  
*Fulcra: Pedes duo. Alæ duæ.*

## III. AMPHIBIA.

*Cor uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.*  
*Pulmones spirantes arbitrarie.*  
*Maxillæ incumbentes.*  
*Penes bini. Ova pierisque membranacea.*  
*Sensus: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.*  
*Tegmenta coriacea nuda.*  
*Fulcra varia variis, quibusdam nulla.*

## IV. PISCES.

*Cor uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.*  
*Branchiæ extus comprimendæ.*  
*Maxillæ incumbentes.*  
*Penes nulli. Ova absque albumine.*  
*Sensus: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).*  
*Tegmenta: Squamae imbricatae.*  
*Fulcra: Pinnae natantes.*

## V. INSECTA.

*Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.*  
*Spiracula: Pori laterales corporis.*  
*Maxillæ laterales.*  
*Pexes intrantes.*  
*Sensus: Lingua, Oculi, Antennæ in capite absque cerebro.  
(non Aures, Nares).*  
*Tegmenta: cataphracta cute ossea sustentante.*  
*Fulcra: Pedes, quibusdam Alæ.*

## VI. VERMES.

*Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.*  
*Spiracula nulla?*  
*Maxillæ multifariæ, variæ variis.*  
*Penes variii Hermaphroditis Androgynis.*  
*Sensus: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures,  
Nares).*  
*Tegmenta interdum calcarea vel nulla, nisi Spinae.*  
*Fulcra: nulli Pedes aut Pinnae.*

CLAS-

## V. IN-

---

Terribilia sunt opera Tua DOMINE,  
 In multitudine virtutis Tuæ, Te metentur  
 inimici Tui.

---

(\*) In omnibus animalibus, quibus sanguis non caler, ventriculus cordis e  
unicus. Hell. Boerk. I. p. 11<sup>o</sup>, 191. miratus itaque quod 2 ventriculos co  
dis Crocodilo adscribat Haffgouf iter 293.

CLASSIS I.

## MAMMALIA.

MAMMALIA hæc s'galls alla mammata Animalia, ex  
structa, visceribus, organis homini proxima, pleraque Qua-  
drupedia, nobiscum Continentem inhabitant, tanquam inter  
hostes atrocissimos, dum pauca Pinnata intra Pelagum se  
subsequunt.

**VESTITUS** Quadrupedum e Pili flexilibus, mollissimis, distinatis, injuria minus obnoxii; sisque fertioribus in frigidis quam astivantibus terris. Hi vero Pili in Aculeos coaliti (Echinaco, Hystricibus), aculei explanati in *Squamis* (Mani), squamae coadunatae in *Scutum* (Dasypis); at pilorum vellus sepe distinctum *Suturis* (Cani, Equo), quæ elongatae in *Zambam* (Equo, Sui); Sed Aquatica nuda evasere, ne madeficerent, nisi in terram exire aliquando necesse habeant. Præterea Facies fasciæ *Verrucis*, Labia *Vibrissis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiæ, Capræ) & Pedes *Callis* non raro notata sunt.

FULCRA, motus instrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hostem, aut assequendo prædam TERRESTRIBUS sunt *Pe<sup>des</sup>* IV, quorum anteriores *Palmis* instruuntur, interdui tanquam *Manus* remoto pollice divisæ (Primitibus, Didephibus); Posteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fissi* digitis separatis, ut facilius current, aut *Talis* innixi, ut firmos persternerent (Homini, Urlo); Ne vero fuga detererentur inter aspera, vel denso vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopo, Bradypis), vel *Ungulis* tanquam calceis indui sunt digiti (bisulcis Pecoribus, Suibus), qui etiam succenturatis muniti talis, vel *Solipedes* indivisis pedib<sup>s</sup> (Equis); sed in manib<sup>s</sup> sc̄e unguis plani, orbiculati (Homini, Simiis, Lemuribus); At vero rapaciores Fere *unguis* armatae subulatis ut prædam apprehenderent, lacerarent, terrantque fodent; sed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aeri scandunt (Vespertiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda, velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQUATICA, quorum brachia intra latos retracta, & femoris pollice coniuncta plantis in caudam horizontalem (Cetis).

**ARMA** Mammalium præter dictos unguis, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua cartilaginea capiti inserta sunt*; hæc vel *felida* perennia (*Rhinocerotii*), vel *ramosa annua*, primamque pilosa epicœque crescentia (*Cervis*), vel *cava* vaginalia latique crescentia (*Bobus, Capris, Ovibus*).

CIBARIA instrumenta Dentes audiunt, qui triplices: *Primates* & compresſi inciiores pro evellendo, rodendo conſcindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtusi phytophagis, acutiores carnivoris; at *edentula* folæ Myrmecophagæ & *Manis* evafere.

UMBRA CULUM est *Cauda*, qua turpisimæ absconduntur  
partes; hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus non-  
nollis), abbreviata nec femoribus longior (Lepori, Satyro,  
Taipæ, Erinaceis), elongata ad pedum longitudinem & ultra  
(Canibus, Muribus, &c); harum singulæ vel *Nudæ* (Muribus),  
vel *Prehensiles* convolvendæ proque quinta manu inservien-  
tes (Simiis, Hystrici, Didelphis), vel *Comosæ* longis fetis  
(Equis, Equo), vel *Floccosæ* apice penicilliformi (Leoni ma-  
ri, Muri Jaculo), vel *Distichæ* utrinque pilosæ (Sciuris, Myr-  
mecophagæ).

CUSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conservatione individui; sed terretribus Aures instructæ *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculæ nullæ; *Nasus* figura varia interdum elongatus in *proboscidem* (Elephant, Bestiæ), situs supra *Labium* superius *fissum* (Gliribus) aut lacunosum (plerisque).

**GENITALIUM** curiosior indagatio abdominabilis displicet, quamvis varia & singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Penae, qui tamen posset ad ordines naturales viam monstrare. **VENERE** *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter se, quo valentiores pollicant pro sobole vivaciore, incantes feminas viviparas foetum intra se excludentes, quem enim lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adulteriove statim. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynoceum ex pluribus feminis sibi associatis defencit (*Phoca*); paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas & Femea in individui socii curam gerunt foetus (*Simie* nonnullae, *Lemur*, *Vespertilio*, *Erythaceus*).

16

## MAMMALIA.

MAMMÆ lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinate: *Pectorales* (Primitibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphis, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Bellus); *Abdominales Pectoralesque similes* (Glibibus pluribus); *longitudinaliter digestæ* (Suis aliisque), at iepius binæ pro singulo foetu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob Carnes, Lac, Corium, Vellera, Pinguedinem; ad Onera vero Equus, Camelus, Elephas; inserviantur Feræ variæ pro venatu, muribus, serpentibus; Vivariis asservantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

MAM- MALIA	Primori- bus	Quadrupedia, (ungvibus armata)	Dentibus	nullis utrinque	—	Bruta. 2.
				— superioribus, inferioribus	—	Pecora. 6.
				pluribus	—	Glires. 5.
				duobus; laniarius nullis	—	Bestia. 4.
				uno pluribus	—	
				pluribus; solitarii; primori- bus	—	Primates. 1.
				laniarius	—	
				sex obtusis Belluae. 7.	—	
				superioribus	— acutis Feræ. 3.	
				pinnata (mutica absque ungvibus) pinnis loco pedum instructa	—	Cete. 8.

## I. PRIMATES.

Dentes primores superiores IV paralleli. Laniarius solitarius.  
Mammæ pectorales, binæ.  
Palmae Manus sunt.  
Brachia diducta clavicularis, incessu tetrapodo valgo.  
Scandunt arbores earumque gazar legunt.

## II. BRUTA.

Dentes primores nulli superius aut inferius.  
Incessus ineptior.

## III. FERÆ.

Dentes primores utrinque: superiores VI, omnes acutiori.  
Laniarius solitarius.  
Ungues pedum acuti.  
Victus ore saevientium e cadaveribus, rapina.

IV. BE-

## IV. BESTIE.

Dentes primores utriusque numero indeterminato. Lanarius semper uno plures.  
Natus elongatus, fodens.  
Victus e succo radicibus, vermicibus.

## V. GLIRES.

Dentes primores superius inferiusque 2. Laniarius nulli.  
Pedes curvo salientes.  
Victus rodendo cortices, radices, vegetabilia, &c.

## VI. PECORA.

Dentes primores inferiores plures; superiores nulli.  
Pedes ungulati, bifurci.  
Victus evellendo plantas ruminandas.  
Ventriculi 4: Ingluvies macerans, ruminans; Reticulum cancellatum, recipiens; Omasus multiplicatus, consumens. Abomasus fasciatus, ascens Coagulo pro sebo, ut minus alcalefiant.

## VII. BELLUÆ.

Dentes primores plures, obtusi.  
Incessus gravis.  
Victus extrahendo vegetabilia.

## VIII. CETE.

Pedum loco pinne pectorales & caudæ (plagiura) plana.  
Ungues nulli.  
Dentes cartilaginei. Nasus frontis saepe fistula.  
Victus e Molluscis, Piscibus.  
Locus pelagicus.  
Hos a Piscibus diversis jussi Mammalibus associari ob Cor biloculare calidum, Pulmones respirantes, Aures cavae, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturæ jure meritoque.

AUCTORES: Gesnerus, Aldrovandus diffuse, epitomator ejus Jonstonus, Rajus, paucique alii passim, sed mancam reliquerunt Historiam, de novo ordiendam secundum notas proprias; Descriptionibus attributorum, Dieta varia, Oeconomia propria, reliquis, ut solida grana e furfurum quisquiliis deparentur; exemplaria proposui in Cane doméstico, Cervo Rhenone, Muie indicō, Ove Ariete.

B

GENE-

## MAMMALIA.

## GENERUM Characteres compendiosi.

## I. PRIMATES.

1. *Homo* nosce te ipsum.
2. *Simia* Dentes laniarii, binc remoti.
3. *Lemur* Dentes primores inferiores 6.
4. *Vespertilio* Manus palmatae volatiles.

## II. BRUTA.

5. *Elephas* Dentes laniarii & molares; *Nasus proboscide elongatus*.
6. *Trichechus* Dentes laniarii superiores; molares ex offe rugoso. Pedes posici coadunati.
7. *Bradypus* Dentes laniarii & molares. *Nasus obtusus*.
8. *Myrmecophaga* Dentes nutti. *Corpus pilosum*.
9. *Manis* Dentes nulli. *Corpus squamatum*.

## III. FERÆ.

10. *Phoca* Dentes primores inferiores 4. *Auriculae nulle*.
11. *Canis* Dentes primores superiores intermedii lobati.
12. *Felis* Lingua aculeata. *Ungues retractiles*.
13. *Viverra* Lingua aculeata. *Ungues exserti*.
14. *Mustela* Dentes primores inferiores conferti: duobus alteris interioribus.
15. *Ursus* Dentes primores superiores excavati. *Penis offe flexuoso*.

## IV. BESTIÆ.

16. *Sus* Dentes primores superiores 4, inferiores 8.
17. *Dasyurus* Corpus testa zonis intersecta.
18. *Erythacus* Dentes primores superiores 2, inferiores 2.
19. *Talpa* Dentes primores superiores 6, inferiores 8.
20. *Sorex* Dentes primores superiores 2, inferiores 4.
21. *Didelphis* Dentes primores superiores 10, inferiores 8.

## MAMMALIA.

## V. GLIRES.

22. *Rhinoceros* *Cornu nasale*.
23. *Hystrix* *corpus Spinis testum*.
24. *Lepus* Dentes primores superiores duplicati.
25. *Castor* Dentes primores superiores angulo recto excavati.
26. *Mus* Dentes primores superiores subulati.
27. *Sciurus* Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.

## VI. PECORA.

28. *Camelus* *ecornis dentibus laniariis pluribus*.
29. *Moschus* *ecornis dentibus laniariis solitariis: superiores exsertis*.
30. *Cervus* *Cornua solidia, ramosa, decidua*.
31. *Capra* *Cornua tubulosa erecta*.
32. *Ovis* *Cornua tubulosa reclinata*.
33. *Bos* *Cornua tubulosa porrecta*.

## VII. BELLUÆ.

34. *Equus* Dentes primores approximati.
35. *Hippopotamus* Dentes primores distantes.

## VIII. CETE.

36. *Monodon* *Dens in maxilla superiore exsbertus*.
37. *Balaena* *Dentes corniei in maxilla superiore*.
38. *Physeter* *Dentes in maxilla tantum inferiore*.
39. *Delphinus* *Dentes in utraque maxilla*.

## MAMMALIA PRIMATES. Homo.

## I. PRIMATES.

Dentes Primores superiores IV, parallel.  
Mammae Pectorales II.

I. HOMO nosce Te ipsum. (\*)

Sapiens. I. H. diurnus; varians cultura, loco.  
Ferus. tetrapus, mutus, hirsutus.

Juvenis Ursinus lithuanus. 1661.

Juvenis Lupinus bessensis. 1344.

Juvenis Ovinus hibernus. Tulp. obs. IV: 9.

Juvenis Hannoveranus.

Pueri 2 Pyrenaici. 1719.

Johannes Leodicensis.

America-2. rufus, cholericus, rectus.

nus. Pilis nigris, rectis, crassis; Naribus patulis; Facie epiphilica, Mento subimberbi.

Pertinax, hilaris, liber.

Pingit se lineis dædaleis rubris.

Regitur Confuetudine.

(\*) NOSSE SE IRUM gradus est primus sapientia, dictumque Solonis, quem scriptum litteris aureis supra Diana Templum. Mus. ADOLPH FRID. Prefat.

Physiologie: Te contestum Nervis, intertextum Fibris, Machina tenella, adioeciente in perfectissimam, facultatibus instructam fere omnibus plibusque, quam reliqua cuncta. Nudum in nuda humo, natali die, natura ad virginem statim & ploratum, manibus pedibusque devicienciam & mal catenis imperaturum; cui scire nihil sine doctrina; non faci, non impedi, non reperi, non aliud natura sponte. Plin. Vides itaque qualem vitam sic enim natura promisit, que primum nascientium omen fletum esse videt.

Seneca. Dicitur: Te sanitate & tranquilitate, si noveris, felicem: Moderatis con-vandum, Nimir detruendum, Variatis afficiendum, Infestis frangendis, Conjuratis indurandum; polyphagum Culina instructissima, per errores & tistina, igne vinoque horrenda. Parco fames constat, magno fastu.

Seneca. Pathologie: Te temeritatem usque dum crepueris bullam, piloque pendulam pundo frequenti temporis. Nihil enim homine imbecillius terra alit. His nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Curae, tot Pericula. Breve uita utique aeti tempus: Pars aqua morti similis exiguit; nec repantantur legeri anni, qui sona carent; nec Seneca in panem vincere: hebetum Senus, pent blamiva, praesoritur Vix, Auditus, Incossus, Deutes, Ciborum fragmenta. Plin. Sic magna pars mortis iam preteriit, quidquid etatis est. Mors tenet. Tatami dentique hinc, quem vides populum, quoniamque esse; quo natura revocavit & condet; Mors omnes aquae vocat; iratis Dii & pitiusque moriendo. Seneca, II: 39.

Ego. ♂. albus, sanguineus, torosus.

; cas. Pilis flavescens prolixis. Oculis cæruleis.  
Levis, acutissimus, inventor.  
Tegitur Vestimentis arctis.  
Regitur Ritibus.

Autri- γ. luridus, melancholicus, rigidus.  
cas. Pilis nigricantibus. Oculis fusca.  
Severus, fatuosus, avarus.  
Tegitur Indumentis laxis.  
Regitur Opinionibus.

B 3

δ. ni-

Naturaliter: Te audacis naturæ miraculum, Animalium Principem, cuius cuncta cuncta genuit natura, esse animal fleo, ridens, melodium, loquens, docile, judicans, admirans, sapiencidum; sed fragile, nudum, suape natura inermis, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, alienz opis indigens, anxia mentis sollicitaque tutela, precari spiritus, pertinaci spei, querula vita, tardæ sapientia. Temporis annihilati emortui contemptorem, presentis vividi dilapidatorem, futuri dubii extimatorum in vita veloci, pretiosissima, irrevocabili; sic optima quæque dies miseris mortibus ævi prima fugit; alium ad quotidienum opus laboriosa Egitas vocat; aliam Luxus incarcera, atque siccocat; alium Ambitus numquam quieta sollicitat; alius Divitias, quas optaverat, meruit, & voto laborat suo; alium Solitudo, alium semper vestibulum obsidens turba. Hic se habere dolet Liberos, hic se perdidisse; Lacrymæ nobis deerunt antequam causæ dolendi. Sed quoque nos malos nostra mala rapuere: circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos sine injuria, serarum more occidere quem non oderimus, secundos opare ventos, quorum felicitas est ad bella præfere; patrum videlicet ad mortes nostras terra late patet. Senec. Cetera animalia congregari contra dissimilia, as Homini præmita ex homine mala. Plin.

Plinice: Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixa conseruidinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, secundum quam honestus, fortis, sapiens, moratus, pius exultimaris; Cum gubernatus Opinione vivas ad Confuetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros constitutum, cum nulli contigit impune nasci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem præbeas, dum interim, dulci fortuna ebris, colligendo in cratinum Lapillos fortunæ certas, verbis in furorem ageris, alter theoristicae pios odio persequeris, quantosque tumultus excitas, non ut servis, sed cui; nugis irrevocabile tempus consumis; immortalia æternaque animo volutas, de feris nepotibus pronepotibusque disponis, novas spes oblitus conditionis Tua ponis, cum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ανθρωπος) somnium primo observas; Sic victimus at immortales & moriuntur ut mortales. Senec.

Moraliter: Te sub rudi larva Ineptum, Lascivum, Imitatorem, Ambitiosum, Prodigum, Sollicitum, Astutum, Austerum, Invidum, Avarum, transformari in Attentum, Callum, Consideratum, Modestum, Sobrium, Tranquillum, Sincerum, Micum, Benoficium, suis Contentum. Uni animalium

*Afer.* ♂ niger, phlegmaticus, laxus.  
*Pilis* atuis, contortuplicatis. *Cute* holofericea. *Nasus* mo, *Labii* tumidis. *Feminis* sinus pudoris; *Mammæ* laetantes prolixo.

*Vaser*, legnis, negligens.

*Ungis* se pingui.

*Regitar* Attributio.

*Monstro-* t. solo (a) atque (b, c).

(a). *Alpini* parvi, agiles, timidi.

*Patagonici* magni, fereges.

b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.

*Junceæ* pueræ abdomine attenuato: Europeæ.

c. *Macrocephali* capite conico: Chienses.

*Plagiocephali* capite antice compresio: Canadenses.

*Habitat* inter Tropicos sponte gratisque; per reliquæ Telluris totam continentem coacte.

*CORPUS* erectum, nudum, *Filis* raris remotissimis adspersum, subsexpedale.

*CAPUT* obovatum: *Pilens* pilosus: *Sincipite* obtuso.

*Vertice* obtusissimo, *Occipite* gibboso.

*Facies* nuda: *Fronte* planiuscula, quadrata, *Temporibus* compresa, angulis sini intra *Pileum* adscendens. *Supercilia* prominula *pili* extrosum imbricatis, interflincta. *Glabella* planiuscula. *Palpebra superior* mobilis, *inferior* quiescente; utraque *Ciliis* exstantibus subrecurvata, pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbicularia. *Genitalia* gibbae, molliuscuae, coloratae. *Mala* compressiuscula, uti *Buccæ* laxiores. *Nasus* prominens, labio brevie, compresius, apice altior gibbosiorque: *Nari* ovalibus, intus

*Læsus*, *Luguria*, *Arbitrio*, *Avaritia*, *Vivendique* cupidus; curat atque ei post se de futuro. *Plin.*

*Theologie*: Te ultimum finem creationis;

In Telluris globum, omnipotentis magisterium, introductum; ratione plente, secundum sensus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnoscere Creatorem omnipotentem, omniscium, immensum & sempiternum DEum.

(Catechesis revelata a Theologis explicanda.)

Duo namque sunt quæ in cognitionem DEi ascunt, *Creatio* & *Scriptura*.  
Augustinus.

DEUS itaque Natura cognoscendus, deinde Doctrina recognoscendus.

Tertullian.

Homo solus DEum contemplatur, Natura & *Revelationis* eundem Audorem: quem te Deus est;

Et humana qua parte locatus ei in te, dicit. *Prof. III*; 7,

intus hirtis, margine crassiusculo. *Labium superius* subperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiusculum, magis gibbum. *Amentum* prominens, obtusum, gibbosum. *Aures* laterales: *Auricula* rotundato-lunatae, appressiusculæ, nude, supra marginem fornicate; infra gibbosæ, molles.

*TRUNCUS* constans Collo, Thorace, Dorso, Abdomine.

*Collum* teretiœsculum, capite brevius; *Cervicis Nucha* concava; *Gula* supra concava, medio subtus gibba.

*Thorax* antice posticeque depressoœsculus. *Pectus* planiusculum, *Juglio* excavato, *Axillis* concavis barbatis, *Scrobi* callo planiore. *Mammae* duæ, pectorales, distantes, gibbae, rotundatae: *Papilla* cylindrica, obtusa, rugosa.

*Dorsum* Tergo planiusculo, *Humeris* exstantibus, *Interscapulo* depresso.

*Abdomen* gibbum, laxum: *Umbilio* excavato, *Epigastrio* planiore, *Hypogastrio* gibbōiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiusculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exserta: *Pere* cylindrico, *Scutæ* subrotundo, rugoso cute laxa, *futura* longitudinali per *Perineum* excurrente; f. *Valva* gibba, compressiuscula. *Anus* retractus.

*ARTUS* ex *Manibus* loco pedum anteriorum & *Pedibus* posterioribus.

*Manuum* *Arti* divaricati, crassiusculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obuso-prominulus. *Lacertæ* crassitie armorum, teretes, introrium planiores. *Palmæ* rotundatae, dilatatae, planæ, extus convexæ; *Vela* concava; *Digitæ V*: *Pollæ* remotus, brevior, crassior. *Digitæ* 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, sed 3 paulo longior. *Ungues* omnibus rotundati, plano-convexi, *lunula* pallida.

*Pedum* *Femora* approximata, *Lumbis* musculosis, *Natibus* gibbis, carnosis, *Genibus* anterius versis, obtusissimis, labes concavis. *Crura* longitudine femorum, postice musculofo-ventricosa, inferne angustiora, antice macra. *Calcanei* *Talsi* insistentes, prominuli, gibbi: *Malleoli* lateralibus, utrinque oppositis, hemisphæricis, duriusculis. *Plantæ* oblongæ, supra convexiusculæ, subtus planæ, transverse concavæ. *Digitæ V*: omnes incurvi, subtus gibbi, approximati. *Pollæ* crassior, brevior; 2, 3 subæquales, 4, 5 decrescentes; ultimo minimo. *Ungues* ut in *Manibus* omnes.

*Differit itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at pilofo Capite, Superciliis, Ciliisque, tandem Pube, Axillis, Maribusque Mento. Feminis Nymphæ & Clitoris Mammæ & pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Uvula; Facies abdomini parallela, nuda; Nasus prominent, compreflo, breviore; Mento prominent. Cauda nulla. Pedes Talis incedentes.*

## Troglo- 2. H. nocturnus. (\*)

*Homo sylvestris Orang Outang. Bon. jav. 84. t. 8;  
dutes. Kakaracko. Kjep. itm. c. 86. Dalin. orat. 5.  
Habitat in Æthiopie conterminis (Plin.), in Java,  
Amboinae, Ternateæ speluncis.*

*Corpus album, incessu erectum, nostro dimidio minum  
Pili albi, conformati, Oculi orbiculati: iride pa-  
pillaque aurea. Palpebrae antice incubentes cum Mem-  
brana nictitante. Visus lateralis, nocturnus. Acus  
XXV annorum. Die excoxit, late; Noctu vidi-  
exit, suratur. Loquitur sibilo; Cogitat, credit si  
causa factam tellurem, se aliquando iterum fore in-  
veniantem, si fides peregrinatoribus.*

## 2. Si-

(\*) *Genus Troglodytes ab Homine distinctum, adhibita quamvis omni attentio-  
ne, obtinere non posui, nisi assumere netam lubricam, in aliis genera-  
bus non contentem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remo-  
nentur. Nec Nymphæ Officæ, quibus carent Simiae, hunc ad simias reducere  
admittebant. Inquirire autem in vivo, qua ratione, modo note aliqua  
existant, ab hominis Genere separari queat, nam inter simias versantem oper-  
at esse suam. Apollinaris.*

*Species Troglodyta ab Homine sapiente distinctissimam, nec nostri generis il-  
luminis nec tangivinis esse, statura quamvis minimam, dubium non est, ne  
que varietatem credas, quam vel sola Membrana nictitans absolute negat.  
Alii Pilos conformati, quamvis albos, in hoc miratus sum, collatis im-  
primis Varietatum cauiss in Plantis, in Pulo Gallinaceo, nec tam  
quicquam de Mauris alois ex nigris statui.*

*Praedictum nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum sumus  
Creationis opus.*

*Homo caudatus kirfascens. Mampert. epist. 7. Kjep. it. 79. Bon. jav. 85, an Ali-  
digit. 249? incola orbis antarcticæ, nobis ignotus, ideoque utrum ad Ho-  
minis eum Simiae genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem ex-  
cit, carnosus asper, quadratus & crudas vorer testimonio Peregrinantium.*

2. SIMIA, Dentes Primores IV, approximati,  
*Laniarii solitarii, longiores hinc  
remoti.*  
*Molares obtusi.*  
*\* Cauda nulla: Simiae veterum.*

*Satyrus. 1. S. ecaudata subtus nuda. Syst. nat. VI. p. 3.*

*Satyrus indicus. Tulp. obs. III. c. 56.*

*Habitat in Africa, Asia.*

*Magnitudo pueri sexennis. Dorsum crinibus nigris his-  
tum; subtus s. antice undique glaber.*

*Sylvanus. 2. S. ecaudata, clunibus tuberoso-callosis. Syst. nat. 3.*

*Sinna. Gesu. quadr. 847.*

*Sinna cynocephalus alter. Alp. egypt. 241. t. 16.*

*Cercopithecus. Jonst. quadr. I. 59. f. 5.*

*Habitat in Africa, Zeylona.*

*Frons ad superciliarum regionem transverse gibba. Pellis  
nigra. Scrotum tamquam intra vulvam reconditum;  
vel penis intra Scroti foramen; autumno Testiculi in-  
tumescunt. Sedes Feminæ rapi infar extuberans.  
Minatur manus, cachiuno blanditur, cafferum more  
salutat. Sorbilis manus haurit. Femina menstruat.*

*Anatomie. E. N. C. d. 2. 4. 7. obs. 40.*

*\*\* Cauda abbreviata: Papiones.*

*Sphinix. 3. S. semicaudata, ore vibrissato, unguibus acuminatis.*

*Syst. nat. 3.*

*Papio s. Baboon. Gesu. quadr. 352. t. 353. Aldr. digit.  
260. Jonst. quadr. 145. t. 61. f. 1. Raj. quadr. 158.*

*Habitat in Borneo.*

*Magnitudo Melossoi; incedens quatuor pedibus; Scrotum  
pendulum; Animal libidinosum, feminis facile vim in-  
fert; litteras transferre addicit.*

*Apedia. 4. S. semicaudata, palmarum pollice approximato, ungu-  
ibus oblongis: pollicum omnium rotundatis.*

*Simia cauda abrupta, unguibus compressis: pollice pal-  
marum digitis adhaerente. Amæn. acad. I. p. 278.*

*Simia quam similis turpissima bestia nobis Enzius: quod Simiae Mammæ, Uva-  
lia, Uterus, Cilia, Muciculi Loqueis, Ungues hominis sunt; non vero Rete  
mirabile, Clitoris, Nymphæ.*

*Habitat in Indiis.*

Magnitudo & color Sciuri subgrisei; similius *S. sciurus*. Pollex manuum anticarum non remotas. Ungues omnes oblongi, compressi, sed pollicum tam anteriorum, quam posticorum humanis similes, Cauda brevissima, vix pilosis transversi.

\* \* \* *Cauda elongata*: Cercopitheci.

Silenus. 5. *S. caudata barbata*, corpore nigro, barba nivea prolixa. Simia Callithches magnitudine cynocephalorum. *Aegypt. egypt. 242.*

*Habitat in Asia: Zeylona, Java &c.*

*Species obscurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plurimis attributis.*

Faunus. 6. *S. caudata barbata*, cauda apice floccosa. *Syst. nat. Clus. exot. 371. t. 371. N. remo. nat. 179. Raj. quadr. 153.*

*Habitat*

*Corpus nigrans; Barba, Pedes, anteriora abdominis albae.*

Paniscus. 7. *S. caudata barbata*, cauda prehensili, palmis subtenuis. *Syst. nat. 3.*

*Simia fusca major, palmis tetradactylis, caudaprehensili ad apicem subtus nuda. Brown. jam. 489.*

*Guariba. Maregr. bras. 229. t. 226. Raj. quadr. 153.*

*Habitat in America meridionali: Brasilia.*

*Corpus nigrum. Pedes & Cauda dimidia exterior brachea; Cauda extremitas bina nuda, qua, quidquid terra elicit, prehendit. Digihi Pedum 4-5. Z. Haman; si vero Poilex reliquis minor, introrsum anterioris remotus, Unguesque manus rotundati, pedes subulati. D. Aymon. Pullos in dorso gerit, qui ambire matris corpus posterius angustius. Oriente & Occidente sole congregantur concionem celebrantes. Maregr. sole congregantur concionem celebrantes. Maregr.*

Diana. 8. *S. caudata barbata*, fronte barbaque fastigiata. *Linn. Stockh. 1754. p. 210. t. 6.*

*Cercopithecus barbatus guineensis. Maregr. bras. 228. Raj. quadr. 159.*

*Cercopithecus barbatus 2. Clus. exot. 311.*

*Habitat in Guinea.*

Magnitudo *Felis majoris*, nigra punctis alboidis. Dorsum profice ferrugineum. Femora subtus belvola. Gula peccesque alba. Frons pilis eredit, albis, fastigiatim linea transversa in formam lunae crescentis. Barba fastigiata, nigra, subtus alba, insidens tuberi adiposum. Linea alba ab anno ad genua ab exteriori latere femorum ducta. Lusibunda omnia dejicit, peregrinos nutrimento fulsat; irata ore hiat maxillasque exagit; vocata respondet grec.

Cephus. 9. *S. caudata*, buccis barbatis, vertice flavescente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.

*Cercopithecus barbatus alias guineensis. Maregr. bras. 228. Raj. quadr. 156.*

*Habitat in America.*

*Corpus subfuscum, subtus subcæruleo; Os cæruleo; barba flavescente.*

Aygula. 10. *S. caudata subbarbata grisea*, eminentia pilosa verticis longitudinali. *Gib. iter. 99.*

*Habitat in India. Ofueck.*

*Corpus griseum lapi coloris, subtus gula, pectore, abdomenque albicans. Cauda corpore longior, cinerea, attenuata. Facies planifrons, albida, nuda. Nasus depresso, brevissimus, ab ore remotus, lacuna labii superioris gemina. Bucca subbarbata, longitudine mentis subbarbata. Supercilia frontis gibba, prominentia. Pedes nigri: Ungues pollicum rotundati; reliqui oblongi. Auriculae acutiusculæ.*

Hama- 11. *S. caudata imberbis*, auribus comosis. *Syst. nat. 3.*

*Simius cynocephalus, ad utramque aurem magna coma. Alp. egypt. 248.*

*Habitat in Africa.*

*Hæc etiamnum obscura est.*

Jacchus. 12. *S. caudata*, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima longissima, unguibus subulatis: pollicum rotundatis.

*Simia auribus villosis patulis, unguibus pollicum subrotundatis. Syst. nat. 3.*

*Cercopithecus brasiliensis 3, Sagouin. Clus. exot. 372. t. 372. Raj. quadr. 154. 160.*

*Cagui minor. Maregr. bras. 227. Pet. gaz. 26 t. f. 5. Klein. dub. 11. t. 1.*

*Habitat in America.*

## MAMMALIA PRIMATES. Simia.

*Cauda denso vellere annulata. Aures villosi, extus ab  
pi. Superba, injuriarum impatiens, altissime clamans,  
delicatula.*

Oedipus. 13. *S. caudata imberbis, capillo dependente.  
Cercopithecus minimus mexicanus, capillaceo niveo.  
Edv. av. 195. t. 195.*

*Habitat in America.*

*Corpus parvum, subitus album. Capillitium dependens,  
hamano simile. Cauda longa, nigra, introrsum aurantia.*

Ethiop. 14. *S. caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulatis  
frontis albis.*

*Simia ethiops. Haffelg. iter. 190.*

*Habitat in Ethiopia. Haffelquist.*

*Corpus statu<sup>r</sup> Diana, fusco, subitus album. Cauda  
tenuis, pilis ferruginea. Supercilia s. lunula ali-  
transversa. Palpebra superior nuda, alba, Aures au-  
tisfexia.*

Midas. 15. *S. caudata imberbis, labio superiore fiso, auribus quan-  
dratis nudis.*

*Cercopithecus niger minimus, manibus & pedibus ex-  
ceis. Edv. av. 196. t. 196.*

*Cey. Raj. encyc. 155.*

*Habitat in America.*

*Manus & Pedes latei aut rubri. Corpus atrum, Cauda  
longissima. Aures nude, ample, retuse. Unguis  
omnes subulati s. ferini, exceptis pollicum plantare  
rotundatis s. humanis.*

Cyno- 16. *S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, clavis  
molgor. tuberosis. Syst. nat. 3.*

*Simia cgyptiaca cauda elongata, clunibus tuberosis nudi.  
Haffelg. iter. 189.*

*Cercopithecus angolensis major. Marcgr. bras. 227. R.  
quad. 155.*

*Habitat in Africa.*

*Color lapi ex fuso viridi-flavescens. Statuta  
Nates calvee. Cauda arcuata. Abdomen albus.  
Nodus vigilans insituit.*

Apella. 17. *S. caudata imberbis, cauda subprehensili, corpore fulvo  
pedibus nigris. Mus. Ad. Fr. 1. t. 1.*

## MAMMALIA PRIMATES. Simia.

*Habitat in America.*

*Undique circumspiciens, Soni pulli Meleagridis famelicis,*

Mortu. 18. *S. caudata imberbis, ore fusco, corpore spadiceo, cau-  
da nuda subfuscans.*

*Cercopithecus americanus minor Monkii dictus. Seb.  
muf. 1. p. 32. t. 33. f. 1.*

*Habitat in America.*

Capuc. 19. *S. caudata imberbis, cauda longa hirsuta, facie flave-  
ra.*

*Habitat . . .*

*Clamore horreando hostes pellit; fridet sapientis uti Cicada;  
irata latru more catuli.*

Sciurea. 20. *S. caudata imberbis, occidente prominulo, unguibus qua-  
taor plantarum oblongis. Mus. Ad. Fr. 1. p. 3.*

*Habitat in India.*

*Corpus Sciuri, griseo-virens, subitus pallidum. Ulnae &  
Tibiae ferruginea. Cauda villosa, corpore duplo lon-  
gior. Pollicum unguis rotundati.*

Syrichta. 21. *S. caudata imberbis, ore ciliisque vibrissatis. Syst. nat. 3.*

*Cercopithecus luzonicus minimus. Pet. gaz. 21. t. 13. t. 11.*

*Habitat in Luzonum insulis.*

3. LEMUR. Dentes Primores superiores IV: inter-  
mediis remotis.

Inferiores VI, longiores,  
porrecti, compressi,

paralleli, approximati.

*Laniarii solitarii, approximati.*

*Molares plures, sublobati; anti-  
ci longiores acutiores.*

Indra. 1. *L. ecaudatus. Mus. Ad. Fr. 1. p. 3.*

2. *Simia ecaudata, unguibus indicis subulatis. Syst. nat. 5. n. 2.*

Ani-

ties Simiarum inter Mammalia plurimæ, sed paucissimæ sitæ descriptæ & cognitæ.  
præcipue obscuræ ignorantem.

Sunt fuliginea, menacæ, pernixæ, imitatoræ, galliculatoræ, indutæ, nigræ,  
ridens, cibos incaecant, pediculos evitant, taeni excidunt, noxi-  
cans gerunt, menstruant, terrefacie etiam immundæ. scincus medius fœsi di-  
fundit a valva sagittaria.

## MAMMALIA PRIMATES. Lemur.

*Animal cynocephalum tardigradum. Seb. mus. I. f. 35. f. 1. 2. & f. 47. f. 1.*

*Animal elegansimum robinsoni. Raj. quadr. 161.*

*Habitat in Zeylona.*

*Statura Sciri, subferruginea, linea dorsali subfasciata. Gula albida. Linea longitudinalis venter intermedia alba. Facies testa. Auricula arcuata, interclusa. Pedes plantae planaque nuda. Ungues rotundati: indicum plantarum vero tuberculati. Cauda recta nulla. Mammæ 2 in pectori; 2 in abdominali. Crux pelvis.*

*Animal tardigradum, audita excellens, moco gomma.*

Catta. 2. *L. cauda annulata.*

*Sinia - Sciurus madagascariensis, sive Maucauco. Ed. av. 169. t. 199.*

*Habitat in Madagascari.*

*Statura Felis, subcineraria. Oculorum regiones nigrae. Caput acuminatum. Aures testae. Cauda longa, per annulus atris cinereis que. Ungues subulati: pollicibus plantarum rotundatores; secundit ut Simia, sed transversale. Habitat accedit ad Genettam auditorum.*

volans. 3. *L. cendatus, membranam ambientem volitans. †.*

*Cato - Simius volans camelli. Pet. gaz. 14. t. 9. f. 1. A.A. mag. 277. n. 1063.*

*Vespertilio admirabilis. Brot. jav. 68. t. 69.*

*Felis volans ternata. Seb. mus. I. p. 93. t. 58. f. 2. 3.*

*Habitat in Asia.*

*Membrana more Sciri volantis s. Muris volantis a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, plantis ad apicem cando expansa. Ungues acutissimi. Mammapæ duas pectorales. Edit fructus arborum. Eam mammæ videtur Lemuribus s. Simis proximum animalendum, sed nobis non visum; ulterius examinari auptio.*

## MAMMALIA PRIMATES. Vespertilio.

4. *VESPERTILIO. Dentes erecti, acuti, approximati: primores 4 aequales.*

*Manus palmatae, volitantes membrana corpus cingente.*

*Vampy. 1. V. ecaudatus, naso simplici, membrana inter femora non divisa.*

*Vespertilio cauda nulla. Syb. nat. 7.*

*Canis volans teruatanus orientalis. Seb. mus. I. p. 91. t. 57. f. 1. 2.*

*Vespertilio ingens. Clus. exot. 94. Edv. av. 180. t. 180. f. 2. 4.*

*Habitat in Asia.*

*Noctu haurit sanguinem dormientium, criftas Gallorum & lacrymæ palmarum.*

*Spe. 2. V. ecaudatas, naso infundibuliformi lanceolato.*

*Canis volans maxima aurica. Seb. mus. I. p. 92. t. 58. f. 1.*

*Habitat in America australi. Rolander.*

*Nares extus infundibulum referentes, superne adscendentes in folium lanceolatum. Aures ovate, interias lacinia subulata membranacea, longitudine auriculae. Dentes Primores 4. Laniarii solitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breviores, obtusiores. Alarum digiti 4, quorum 1. annexus 2:do; Pollex brevis ungue arcuato. Pedes digitis 5 aequalibus, unguibus arcuatis. Calcaneus exagit tendinem subulatum secundum marginem membrana inter pedes positos, non coquuntur cum opposito. Cauda nulla.*

*petioli. 3. V. cendatus, naso solitato piano acuminato. Syb. nat. 7. Mus. Ad. Fr. I. p. 7.*

*Vespertilio americanus vulgaris. Seb. mus. I. p. 90. t. 55. f. 2. Edv. av. 201. t. 201. f. 1.*

*Vespertilio rostro appendice auriculæ forma donato. Sib. nat. 2. p. 330.*

*Habitat in America.*

*An hoc feminæ sequentis?*

## MAMMALIA PRIMATES. Vespertilio.

- Spafina. 4. *V. caudatus*, naso foliato obcordato. *Syst. nat.* 7.  
*Glis volans ternatanus*. *Seb. mus.* 1. p. 90. t. 56. f. 1.  
*Habitat in Asia.*
- Ieporinus. 5. *V. caudatus*, labio superiore bifido. *Syst. nat.* 7.\* *Mij.*  
*Ad. Fr.* 1. p. 7.\*  
*Vespertilio, cato similis, americanus*. *Seb. mus.* 1. p. 30.  
*t. 55. f. 1.*  
*Habitat in America.*
- auritus. 6. *V. caudatus*, naso oreque simplici, auriculis duplici-  
*capite majoribus.*  
*Vespertilio auribus majoribus*. *Frisch. av.* 1. 103. *Edu.*  
*av.* 1. 201. *f. 3.* *Olear. mus.* 1. 15. *f. 1.*  
*Habitat in Europa.*  
*Difinda species auritalis, nisi solo sexu & sequenti-  
*sienae?**
- murinus. 7. *V. caudatus*, naso oreque simplici, auriculis capite  
*minoribus*. *Faun. svec.* 18. *Syst. nat.* 7.  
*Vespertilio*. *Bell. av.* 147. *Gesn. av.* 694. *Aldr. ornith.*  
*1. p. 571.* *Jonft. av.* 53. *t. 20.* *Alb. av.* 3. *p. 9.*  
*t. 101.* *Raj. quadr.* 243. *Edu. av.* 1. 201. *f. 2.*  
*Vespertilio auribus minoribus*. *Frisch. av.* 1. 102.  
*Habitat in Europa.*  
*Noctu volat, vicitat imprimis Phalænis, capitur Aræ-*  
*Loppe calycibus, hybernat, de terra non evolat;*  
*nenatus.*  
*Anatomie. E. N. C. d. 2. a. 1. obs. 48.*

## MAMMALIA BRUTA. Elephas.

## II. BRUTA.

*Dentes Primores nulli utrinque.*

5. ELEPHAS. *Dentes Primores nulli.*

*Laniarii superiores elon-*  
*gati.*

*Proboscis longissima, prehensilis.*  
*Corpus nudiculum.*

*maximus. 1. ELEPHAS. Raj. quadr. 123. Syst. nat. 11. Seb. mus. 1.*  
*t. III. f. 1.*

*Elephantus. Gejn. quadr. 377. Aldr. quadr. 1. 1. c. 9.*  
*Jonft. quadr. 30. t. 78. f. 9.*

*Habitat in Zeylonæ paludosis ad Amnes, edit Ramos,*  
*Cocos, Guilandinæ semina, Frumentum.*

*Maximum quadrupes. Oculi parvi. Dentes Laniarii su-*  
*periores exserti (Ebur). Aures amplissimæ, pendule,*  
*dentatae; act. angl. 277. p. 1051. Cutis crassissima,*  
*callosa. Mammæ 2 juncta pectus. Ungues in apicibus*  
*loborum pedum. Genua flexilia. Collum breve.*

*Proboscis longissima, extensilis, acute odorans, loco ma-*  
*nus ipsi inserviens; ea cibum potumque haurit, hostem-*  
*que pellit; ea præcisa occiditur; murem metuit sub*  
*somno ob tracheæ insertionem. Retro coit & mingit.*  
*Portat domos, rectore collo insidente; in bello arma-*  
*tur falibus; vulnerculo inter axin & atlantem furio-*  
*sus occiditur; ceterum prudens, docilis.*

## II. BRU

## MAMMALIA BRUTA. Trichecus.

6. TRICHECHUS. Dentes Primores nulli.  
*Laniarii superiores solitarii.*  
*Molares ex osse rugoso utrinque inferiorius duo.*  
*Labia geminata.*  
*Pedes posteriores coadunati in pinnam.*

Manatus. I. TRICHECUS. Art. gen. 79 syn. 107. Syst. nat. 37.  
 Manatus. Rond. pise. 490. Gesn. pise. 213. Hern. mex. 323.  
 Manati. Clus. exot. 133. Aldr. pise. 728.  
 Manati. S. Vacca marina. Raj. quadr. 193.  
*Habitat in Mari Americano.*  
*Labium superius muricatum Vibrissis rigidis, incurvis.*  
*Pili corporis remoti, breves. Pedes antici abbreviati, palmati, unguiculati; postici coadunati. Mammæ 2 pectorales.*  
*Eat vegetabilia; mansuetus; musica delectatur. Carnivora.*

7. BRADYPOUS. Dentes *Laniarii* obtusiusculi remotissimi.  
*Molares utrinque obtusi.*  
*Corpus pilis tectum.*

tridactylus. 1. B. manibus tridactylis, cauda brevi. Syst. nat. 6. p. 3.  
 Amoen. acad. 1. p. 487.\* Mus. Ad. Fr. 4.  
*Archopithæcus. Gesn. quadr. 869. t. 870.*  
*Ai f. Ignavus. Margr. bras. 221. Clus. exot. 110. t. 373. Seb. mus. 1. p. 53. t. 33. f. 2. Olear. mus. 7. t. 6. f. 2.*  
*Habitat in America meridionalis arboribus; Vicitat foliis teneris; non bibit; imbræ metuit.*  
*Gula flava. Auriculæ nullæ. Cauda subovata. Digi combinati. Ungues palmarum 3; plantarum 3. Mammæ 2 pectorales. Corpus valde pilosum, vite tenax.*

Faci-

## MAMMALIA BRUTA. Bradypus.

- Facile scandit, tardissime & vix incedit, attonitus quasi caput flebit; sonus senarius ascendens; clamor horrendus, lacrimæ miserae.
- didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. Syst. nat. 3. Mus. Ad. Fr. 4.  
*Tardigradus ceilanicus. Seb. mus. 1. p. 54. t. 34. f. 1. & t. 33. f. 4.*  
*Habitat in Zeylona.*  
*Corpus pilis ferrugineis undulatis. Caput rotundatum. Auriculæ magnæ. Ungues in palmis 2, in plantis 3. Mammæ 2 pectorales.*

## 8. MYRMECOPHAGA. Dentes nulli.

*Lingua teres, extensilis.*  
*Corpus pilis tectum.*

- didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. Syst. nat. 8. Mus. Ad. Fr. 8.\*  
*Tamandua S. Coati americana alba. Seb. mus. 1. p. 60. t. 37. f. 3.*  
*Habitat in America australi.*
- tridactylus. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. Syst. nat. 8. la. Tamandua-guacu Marcgr. bras. 225. Seb. mus. 1. p. 60. t. 37. f. 2. & t. 40. f. 1. Raj. quadr. 241.  
*Habitat in America meridionali.*  
*Vicitat Formicis, insectis, quorum nidos ungue secat.*  
*Macula nigra a pectore versus latus ducta. Mammæ Pectorales 2, Abdominales 6; lente currit, cauda lata instar muscarii se tegit, arbores etiam scandit.*

- tetradactyla. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. Syst. nat. 8.  
*Tamandua 1. Marcgr. bras. 226. Raj. quadr. 242. Seb. mus. 2. t. 47. f. 2.*  
*Habitat in America meridionali.*  
*Noctu exit; die dormit capite sub brachiis recondito; irata baculum prehendit, stertit, posterioribus pedibus insidens. Caudæ extremitas calva, qua se ex ramis arborum suspendere potest, quod non in precedenti.*

9. MANIS. *Dentes nulli.*

*Lingua teres, extensilis.*

*Corpus squamis tectum.*

pentada- 1. M. pedibus pentadactylis. *Syst. nat. 8. Act. Stockh. 1749.*  
ctyla. p. 265. t. 6. f. 3.

*Armadillus squamatus major ceylanicus. Seb. mus. I.*  
p. 88. t. 54. f. 1. &. t. 53. f. 5. Aldr. quadr. 667.

*Lacertus squamosus. Clus. exot. 374. Bont. jav. 60.*  
*Olear. mus. 8. t. 7. f. 1. Pet. gaz. 32. t. 20. f. 1.*  
*Raj. quadr. 274.*

*Myrmecophagus squamatus s. Daemon thebaicus. Herm.*  
*mus. 295.*

*Habitat in India orientali. Viicitat Formicis, Vermibus,*  
*Lacertis.*

*Corpus supra squamis basi striatis setisque interstinctis*  
*vestitum ut strobilus; subtus hirtum est. Sed Cauda*  
*utrinque squamosa, etiam subtus imbricata.*

*Auriculae nude rotundatae. Ungues primores medii ma-*  
*jores, quibus contractis incedit.*

*Myrmecophagis affinis. Irata squamas erigit horrida.*

*Cauda pinguis in epulis expedita.*

### III. FERÆ.

*Dentes Primores superiores sex, acutiu-*  
*sculi. Canini solitarii.*

10. PHOCA. *Dentes Primores superiores VI paral-*  
*eli: exteriores majores.*

*Inferiores IV, paralleli,*  
*distanti, æquales, obtu-*  
*sifculi.*

*Laniarii I: superiores ab in-*  
*cisoribus, inferiores a mo-*  
*laribus remoti.*

*Molares V s. VI, tricuspidati.*

*Auriculæ nullæ.*

*Pedes postici coaliti.*

Ursina. 1. P. capite auriculato.

*Ursus marinus. Act. petropol. 2. ann. 1749.*

*Habitat in Camtschacæ maritimis inter Asiam & Ame-*  
*ricam proximam, primario in insula Beringii.*

*Imperiosissime natant, mares polygami gregatim degunt*  
*cum uxoribus, filiis, filiabus ad 120; coeunt in littore*  
*resupinata femina, vix metunt hominem, mordent*  
*projectum lapidem, senes elumbes quiescent pinguis,*  
*proprium lapidem pro lecto habent, quem non deser-*  
*rant; bella instituant propter uxores, lectum, æquum*  
*& justum; succubente uno accurrit alter opem la-*  
*turus, mox alteri alius, ne duo contra unum, usque*  
*dum omnes prælio involuti: moesti lacrymas fundunt*  
*copioſissimas. Steller.*

Leonina. 2. P. capite antice cristato.

*Leo marinus. Anson. itin. 100. t. 100.*

*Habitat ad polum Antarcticum.*

*Mas labio superiore cristato. Dentes 2 sere exserti in maxilla inferiore.*  
*Natant gregatim, pugnant pro feminis, excubias agunt.*

Rosina. 3. P. dentibus laniariis superioribus exsertis. Syst. nat. 6.  
 n. 8  
 Rosmarus. Olear. mus. 38. t. 23. f. 3. Jonst. pise. t. 44. Worm. mus. 289 Bonan. mus. 269. f. 27.  
 Mors f. Moriz, Rosmarus. Gesn. aqu. 211.  
 Wall-Ross. Martens. Syst. 78. t. 1. P. f. B.  
*Eqvus marinus f. Hippopotamus falso dictus. Raj. quadr. 191.*  
*Habitat inira Zonam articam Europeæ, Asie, Americae.*

Vitulina. 4. P. dentibus laniariis tectis. Syst. nat. 6. n. 1.  
 Phoca f. Vitulus marinus. Gesn. aqu. 702. Aldr. pise. 722. Jonst. pise. 44. Dodart. ad. 191. t. 191. Raj. quadr. 189.  
*Habitat in mari Europeo.*  
*Dormiunt in lapide ex aqua eminenti, pariunt in glacie, per quam adscendunt halitu, non descendunt.*  
*Mammæ retrahunt duas abdominis; inter Halecum catervos saginantur, a Laris provocate expulunt pisces.*  
 Anatome. E. N. C. d. 1. a. 9. obs. 98. & d. 3. a. 7. app. 15.

II. CANIS. Dentes Primores superiores VI: laterales longiores distantes:  
 intermedii lobati.  
 Inferiores VI: laterales lobati.  
*Laniarii solitarii, incurvati.*  
*Molares VI f. VII (pluresve quam in reliquis)*

C. cauda (finistrorum) recurvata. Faun. suec. 12. Syst. nat. 5. Diff. Canis I. t. 1.  
 Canis. Gesn. quadr. 91. Aldr. digit. 482. Jonst. quadr. 122. Raj. quadr. 176.

*domestic.* α. auriculis erectis, cauda subtus lanata.  
 iagax. β. auriculis pendulis, digito spurio ad tibias posticas.  
 grajus. γ. magnitudine lupi, trunco curvato, rostro attenuato. *Canis scoticus venaticus.* Gesn. quadr. 249. Aldr. 545.  
 Molossus. δ. magnitudine lupi, labii ad latera pendulis, corpore toroso. *Canis sagax sanguinarius.* Gesn. quadr. 251.  
 aquaticus ε. pilo criso longo, instar ovis.  
 meliteus. ζ. magnitudine Sciuti.  
 fricator. η. nafo resimo, auribus pendulis, corpore quadrato.  
 vertagus. θ. pedibus curvatis, trunco longo saepius variegato.  
 avicular. ι. cauda truncata. *Canis pantherinus.* Aldr. digit. 555.  
 extrarius. κ. auriculis longis lanatis pendulis. Aldr. digit. 561.  
 egyptius. λ. nudus absque pilis.  
*Habitat saepius cum homine paucim, etiam spontaneus evasit.*  
*Caput vertice carinatum. Labium inferius lateribus des- tatis nudis occultatum. Myctaces ordinibus 5. f. 6.*  
*Nares extrofsum recurvato finu lunares. Auriculae margin'e baseos superiore reflexo; posteriore duplicato;*  
*antico trilobo. Verrucæ faciei pilosa 7. Suturæ vel- leris 8: collares, sternæ, cubitales, abdominales, ocu- lares, lumbares, auriculares, anales. Mammæ 10:*  
*barum quatuor in pectore. Pedes subpalmati.*  
*Edit carnes, vegetabilia farinosa, non olera. Digerit ossa;*  
*Vomitu a gramine purgatur, cacat supra lapidem: Al- bum græcum, septicum summum. Potat lambendo,*  
*mingit ad latus, cum hospite saepè centies, odorat anum alterius, odoratu excellit naso humido. Levissime in- cedit supra digitos, vix sudat, calidus linguam exserit, cubitum iturus circumvit locum, dormit auditu acutiore, somniat. Procul rixantibus crudelis, catulit cum variis, mordet illa illos, cohæret copula jun- dus; gravida 63 diebus, parit saepè 4 ad 8, masculis patri similibus, femineis matri. Fidissimus omnium, docilis, odit ignotos, mordet projectum lapidem, ad musicam ululat. Latrat in peregrinos, excepto cane Americae australis; a Mahometanis rejectus.*

Lopus. 2. C. cauda incurvata. Faun. suec. 13. Syst. nat. 5.  
 Lopus. Gesn. quadr. 634. Aldr. dig. 144. Jonst. quadr. 89. Raj. quadr. 173.  
*Habitat in Europæ sylvis, etiam frigidioribus.*

MAMMALIA FERÆ. Canis.

*Catervatim incedit, Pecora, Equos, Suos occidit, ratus hominem; in sylvis suspicioissimus vix audet; tecum fumiculum metuit. Oculi noctu lucent.*  
Anatome. E. N. C. d. 2. a. 9. obs. 71. ♂ cent. 10. app. 450.

Hyæna. 3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erctis, auriculis nudis. Syft. nat. 5.

*Lopus marinus. Bellon. aquat. 33. t. 34. Jonst. quadr. t. 57. Gesn. quadr. 674.*

*Taxus porcinus f. Hyæna veterum. Kampf. aman. 411. t. 107. f. 4.*

*Habitat in India.*

*Magnitudo Suis. Fili dorsi subspithamei, ercti, apicibus nigris. Oculi rosso propinquiores. Auriculae nude. Cauda annulis nigris antibus verticillata; crura annulis nigris variegata. Striæ corporis fusce & nigra, transversales, a dorso ad ventrem ductæ.*

*Excavat terram degitque in antris, dinxius sine cibo vivit, in humana cadavera sevit, quæ e tumulis efficit, cimiteriis infesta.*

Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. Syft. nat. 5.  
Vulpes. Gesn. quadr. 966. Aldr. dig. 195. Jonst. quadr. 82. Raj. quadr. 177.

*Habitat in Europa, Asia, Africa, antra fodiens. Corpus flavo rufescens. Aures recti. Maxillæ albae. Pedes antice nigrescentes.*

*Degit in antris, quæ fodit animal astutissimum; sevit in Agnos, Anseres, Gallinas, Aviculas, non Accipitres fastidioresque; colligit stercore animalium. Frangit ambrofaco odore supra basin caudæ.*

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. Syft. nat. 5.

*Vulpes campestris vulgo.*

*Habitat in Europa, Asia.*

Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. Syft. nat. 5.  
a. Vulpes alba. Kalm. babuf. 236.

β. Vulpes cœrulescens. Faun. Suec. 14.

*Habitat in alpibus Lapponicis, Sibiria.*

*Pedes densissime pilosi ut in Lepore.*

aureus. 7. C. *Lupus aureus dictus.* ♀.

*Lupus aureus. Kampf. aman. 413. t. 407. f. 3. Raj. quadr. 174.*

Vul-

MAMMALIA FERÆ. Felis.

41

*Vulpes indicæ orientalis. Valent. mus. 452. t. 452.*

*Adill. Bell. itin. 160.*

*Habitat in oriente.*

*Nitide flavus, catervatim incedit, furto deditus; uno clamante clamant remoti alii, ambulante sono nocturno; ululatus execrabilis, quasi ejulatus latrata intercepitus. Descriptio vera animalis etiamnam deficit.*

12. FELIS. Dentes Primores æquales.  
Molares terni.

*Lingua retrofum aculeata.*

*Ungues retractiles.*

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore helvulo.  
*Felis cauda elongata floccosa, thorace jubato. Syft. nat. 6. p. 4. n. 1.*

*Leo. Gesn. quadr. 572. Aldr. dig. 2. Jonst. quadr. 72. Dodart. act. 1. t. 1. ♂ 7. t. 7. Raj. quadr. 162.*

*Habitat in Africa.*

*Color luteo-rufus. Fons quadrata. Cor maximum. Matis Thorax hirsutus Caudaque floccosa. Segnis, esuriens prædatur de Equis et majoribus quadrupedibus, nec nisi famelicus homine; sagitur accensa flamma; canibus coercetur. Retro mingit & oit? Rugitus horrrendus a tracheæ annulis integris imbricatis.*

*Anatome. E. N. C. d. 1. a 2. obs. 6. Barth. act. 1671. n. 17.*

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis.  
Syft. nat. 4. n. 2.

*Tigris. Gesn. quadr. 936. Aldr. dig. 101. Jonst. quadr. 84. Bont. jav. 52. t. 53. Raj. quadr. 165.*

*Habitat in Asia.*

*Magnitudo Leonis. Maculae virgatae, transversæ. Polcherrimum animal tremenda velocitatis, homini pessimus, desolat indos; Mas occidit proprios filios.*

*Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 7. ♂ a 9. obs. 194.*

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis superioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. Syft. nat. 4. n. 3.

*Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. Gesn. quadr. 824.*

C 5

Par-

*Felis genus sobrium, scandit facile arbores, noctis postissimum speculator.*

## MAMMALIA FERÆ. Felis.

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. egypt.* 237. t. 15. f. 2.  
Pardalis. *Raj. quadr.* 166.  
*Tigris mexicana. Hern. mex.* 498. t. 498.  
*Picoum Dasypus. Nieremb. nat.* 153. t. 153.  
*Habitat in Iudæa.*

*Oncas.* 4. *F. cauda elongata, corpore flavescens maculis nigris rotundato angulatis medio flavis.*  
Pardus f. *Lynx brasiliensis. Raj. quadr.* 168.  
*Jaguara. Meregr. bras.* 235.  
*Habitat in America meridionali.*

Pardalis. 5. *F. cauda elongata, corpore maculis superioribus virgatis; inferioribus orbiculatis.* *Syst. nat.* 4. n. 4.  
*Cato-Pardus mexicanus. Hern. mex.* 512. t. 512.  
*Catus Pardus f. Catus americanorum. Raj. quadr.* 169.  
*Habitat in America.*  
*Magnitudo Felis supra fusca, subtus albicans; Lineæ punctatae nigri per totum corpus longitudinaliter sparso, sed pedes & abdomen tantum pannos;* Latera lineis lateribus albis & fusco pinguntur. Aures breves, margine vsq; absque penicillis. Pedes 5-4. Cauda verticillato-variegata proportione Cati. Myctaces 4 ordinum: in singulo ordine setæ 3. s. 5, alba basi nigra, longitudine capitis.

*Catus.* 6. *F. cauda elongata, corpore fasciis nigricantibus; dorsum septem fasciis, tricus; lateralibus spiraliis. Pedes non cingulati, auctibus aequalibus.* *Faun. succ.* 3. t. 3. n. 1. 4. n. 6.

*Felis vulgo Catus. Gesn. quadr.* 98. *Aldr. quadr.* 565.  
*Raj. quadr.* 98.  
*Felis Aldr. dig. 564. Jonst. quadr.* 180. t. 72..  
*Habitat in Europa australiæ sylvis.*

*In roris congenerum, tranquilla, ore molat, candan erigit; excitata agitissima, scandit, irata fremit odo re ambrosiaco, Murum Leo, in predam intenta cavad movet, oculi noctu lucent, inhiando predam batur, clamando rixandoque misere amat. Pupilla interdù perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus complicatis incedit, parce bibit, urina corrosiva, stercus sepelet, carnes edic vegetabiliaque respicit; os infante tempestate manu lavat, dorsum in tenebris electrifat; in altum aëta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.*

7. F.

## MAMMALIA FERÆ. Viverra.

43

*Lynx.* 7. *F. cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis. Felis cauda truncata, colore rufescente inaculato.* *Faun. succ.* 4. *Syst. nat.* 4. n. 7. *It. Wgoth.* 222.  
*Lynx cervarius. Gesn. quadr.* 677. *Tourn. it.* 2. p. 185.  
*Lynx. Aldr. dig.* 90. *Jonst. quadr.* 82. t. 31. *Raj. quadr.* 166.  
*Habitat in Europæ sylvis & desertis.*  
*Cauda femoribus paulo brevior apice atra. Palpebra inferior albicans, ut & superior versus canthum majorrem. Macula linearis fusca pone oculos. Auricularum apices nigri. Palpebre alba.*

## 13. VIVERRA. Dentes Primores VI: intermediis brevioribus.

*Molares plures quam tres.*  
*Lingua retrorsum aculeata.*  
*Ungues exserti.*

*Ichneumon.* 1. *V. cauda e basi incrassata sensim attenuata.*  
*Meles digitis mediis longioribus: lateralibus aequalibus, unguibus subuniformibus.* *Hasselqv. itin.* 191.  
*Meles unguibus uniformibus, leucophæa.* *Syst. nat.* 6.  
*Mus pharaonis. Alpin. egypt.* 14. t. 3.  
*Ichneumon. Bellon. itin.* 96. *pisc.* 44. *Gesn. quadr.* 568. *Aldr. quadr.* 300. t. 301.  
β. *Mustela glauca. Syst. nat.* 5. *Amen. acad.* 2. p. 109.  
*Mustella f. Viverra indis Mangutia.* *Kampf. amen.* 574. t. 567.  
*Quil f. Quirpele. Garc. arom.* 163.  
*Serpenticida f. Muncos. Rumpf. herb.* 7. p. 69. t. 28. f. 2. 3.  
*Ichneumon indicus. Edv. av.* 199. t. 199.  
*Ichneumon f. Vulpecula zeilanica. Seb. mus.* I. \*p. 66. t. 41. f. 1.  
*Habitat in Ægypto ad ripas Nili, & in India primario; mansuetus.*  
*Frons plana. Labium superius prominens. Auriculae rotundatae. Myctaces simplici serie in omnibus labitis lateralibus ad marginem. Lingua seabra. Pollex a reliquis distinetus. Cauda basi crossa, sensim attenuata, longitudine corporis. Folliculus ante aperturam ani, sub*

## MAMMALIA FERÆ. Viverra.

*sub aestu apertus. Pili albido & griseo nigrescente vermicillati. Magnitudo Cati; calcaneis incedit. Vicitat muribus, avibus, ovis, amphibiis, herbis; ova Crocodili effudit & haurit; Serpentum hostis.*

*Mephitis.* 2. *V. cauda fusca luteo annulata, corpore spadicco subfuscus flavescens.*

*Ysqiepatl. Hern. mex. 332. Seb. mus. 1. p. 68. t. 42. f. 1. Raj. quadr. 181.*

*Habitat in America.*

*Magnitudo Martis. Color supra albus, subtus ex albo & nigro variegatus. Pedes talis incedentes. Ungues 5-5: anteriores compressi, longi; posteriores breviores, subtus excavati. Dentes Primores superiores in meo nulli; Primores inferiores 6, aequales, quoram 2 interiores; Laniarii supra & infra utrinque approximati. Irritata fundit cum ventris crepitū halitum fætidissimum, ut nihil cum eo comparari queat.*

*Putorius.* 3. *V. fusca lineis quatuor albidis dorsalibus parallelis.*

*Putorius americanus striatus. Catesb. carol. 2. p. 62. t. 62.*

*Polet, Skunk, Fiskatta. Kalm. itin. 2. p. 378.*

*Habitat in America septentrionali.*

*Cauda longitudine corporis, villosa.*

*Irritata ut antecedens halitum expledit, quo nihil fætidius.*

*Zibetha.* 4. *V. cauda annulata, dorso cinereo nigroque undata striata.*

*Civetta Clas. cur. 57.*

*Animal Zibethicum. Raj. quadr. 178. Dodart. act. 155.*

*Hern. mex. 538. 580. 581. Olear. mus. 7. t. 6. f. 3.*

*Hyena veteribus, nunc Civetta. Bellon. itin. 94.*

*Habitat in Iudæa.*

*Corpus oblongum. Rostrum obtusum. Dentes Primores superiores 6, paralleli; intermedii paulo minores; inferiores paralleli; medii paulo breviores; alternis interioribus. Laniarii solitarii, utrinque distantes. Nares acuti, denticulati. Aures tectæ, breves. Corpis pili secundum dorsum longiores, cinereo nigri undati, rigidusculi. Pedes subtus nudi. Ungues 5-5: canini. Cauda felis annulata.*

*Utriculus Zibethi inter anum & valvam in utroque sepa-*

*Anatomæ. Barth. cent. 4. n. 1. & cent. 5. n. 49.*

## MAMMALIA FERÆ. Viverra.

*Genetta, 5. V. cauda annulata, corpore fulvo-nigricante maculato. † Geneita s. Ginetta. Raj. quadr. 201. Bell. itin. 76. Gesn. quadr. 550.*

*Habitat in Oriente juxta rivos.*

*Caudæ annuli 8 nigri; totidemque albicantes. Corpus eroco-nigricans, bene olens, maculis nigris ordine dispositis; mihi generis obscuri.*

14. MUSTELA. *Dentes Primores superiores VI, crenati, acutiores, distincti. Inferiores VI obtusiores conferti: duo interiores.*

*Lingua lævis.*

*Lutris.* 1. *M. plantis palmatis pilosis, cauda corpore quadruplo breviore.*

*Lutra marina. Aet. petropol. 1749. p. 267.*

*Lutra brasiliensis. Raj. quadr. 187.*

*Habitat in Asia & America septentrionali.*

*Lutra.* 2. *M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore.*

*Lutra digitis æqualibus. Faun. suec. 10.*

*Lutra. Bell. aquat. 31. t. 32. Gesn. aquat. 515. Aldr. quadr. 294. Dodart. act. 147. t. 147. Raj. quadr. 187.*

*Habitat in Europæ aquis dulcibus, fluviis, stagnis, piscinis.*

*Vicitat piscibus, ranis, canceris.*

*Anatomæ E. N. C. d. 1. a. 3. obs. 195 & d. 2. a. 10. obs. 112. & cent. 10. app. 468.*

*Gulo.* 3. *M. plantis fissis corpore rufo-fusco medio dorsi nigro.*

*Faun. suec. 6. Syst. nat. 5. n. 1.*

*Gulo. Ol. Magn. Scheff. lapp. 339. Racz. polon. 339. Habitat in alpibus Lapponia, Russia, Sibiria silvis vastissimis.*

*Vicitat leporibus, avibus, Rangiferis, cadaveribus, admittit vulpem; voracior urso; fætidus; Pellis prestatissima, pretiosissima.*

*Anatomæ. Barth. cent. 4. obs. 30.*

- barbara. 4. M. atra, collo subtus macula alba triloba.  
*Habitat in Brasilia. Ac. Holmens.*  
*Confer. Brown. jam. 485. t. 49. f. 1. Galera?*  
*Statuta Martis at nigra pilis rigidioribus; auriculae rotundæ, villosæ. Area ante oculos cinerascens. Macula sub medio collo, non vero sub gula. Mammæ præne umbilicum 4.*
- Martes. 5. M. plantis fissis, corpore fulvo nigricante, gula pallida.  
*Mustela fulvo-nigricans, gula pallida. Faun. Suec. 7.*  
*Syst. nat. 5. n. 2.*  
*Martes. Gesn. quadr. 151. Jonst. quadr. t. 64. Raj. quadr. 200.*  
*Habitat in sylvis antiquis.*  
*Vicitat Scirris, Muribus, Avibus.*
- Putorius. 6. M. plantis fissis, corpore flavo nigricante, ore auriculisque albis.  
*Mustela flavescente nigricans, ore albo, collari flavo. Faun. suec. 8. Syst. nat. 5. n. 3.*  
*Putorius. Gesn. quadr. 767. Aldr. ungu. 330. Jonst. quadr. t. 64. Raj. quadr. 199.*  
*Habitat inter Europæ rupes & lapidum acervos.*  
*Noctu prædatur Cuniculos, Gallinas, Aviculas, Ovaria; ano halitu fætidissima.*
- Euro. 7. M. plantis fissis, oculis rubicundis. †  
*Mustela sylvestris Vivera dicta. Raj. quadr. 199.*  
*Habitat in Africa.*  
*Putorio minor; Auriculae arrectæ patulæ breves; Oculi rubicundi. Raj.*
- Zibellina. 8. M. plantis fissis, corpore obscure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. †  
*Mustela Sibellina. Raj. quadr. 201.*  
*Habitat in Asia septentrionali.*  
*Color fulvo-obscurus gutture cinereo; anterior pars capitis & auriculae exalbido-cinerea. Raj. Vibrissæ ad supercilia, nares, os longissimæ.*
- Erminea. 9. M. plantis fissis, caudæ apice atro.  
*Mustela vulgaris. Gesn. quadr. 149. Aldr. ungu. 307.*  
*Jonst. quadr. t. 74. Raj. quadr. 195.*

 $\beta$  Mo.

*Mustela genit corpore elongato pedibusque brevibus est, currit truncu incurvato, scutis rotundis, suis ex labore in arborem.*

- Q. Mustela candida s. Erminenum. *Raj. quadr. 198.*  
*Mustela alpina candida. Vagn. helvet. 180.*  
*Habitat in Europa & Asia frigidore; hyeme præsertim in alpinis regionibus nivea.*  
*Confer. Mustela javanica. Seb. mus. 1. p. 77. t. 48. f. 4.*  
*Cauda dimidia extorrisum nigra; corpus hyeme album, astate rufum excepto abdomine, pectore, gula. Pellis pretiosa hodie feminis nostratis.*  
*Edit Pisces, carnes, Mures, ova, Fungos, non vegetabilia; avarissima, fætida, stictulosa, noctu prædatur; terrefacta epilepsia corripitur.*

15. URSUS. Dentes Primores superiores VI, intus excavati alterni.

Inferiores VI: laterales 2 longiores lobati; secundarii basi interiores.

*Laniarii* solitarii, conici.

*Molares* V f. VI: primo laniariis approximato.

*Lingua* levius.

*Membrana nictitans. Nasus* prominentes.

*Penis* scatens osse recurvato.

- Arctos. 1. U. cauda abrupta. *Faun. suec. 2. Syst. nat. 4. n. 1.*  
*Ursus. Gesn. quadr. 14. Aldr. digit. 117. Jonst. quadr. t. 55. Dodart. act. 67. t. 67. Raj. quadr. 171.*  
*Habitat in sylvis Europæ frigide.*  
*Irrequietus; abstemius hybernat intra Muscos; lambit pedes (Barth. act. 1674. p. 34); inflat prædam.*  
*Ursus maritimus albus major, arcticus. Martens. Spitzb. 73. t. 0. f. C. forte distincta species est, nobis non visa.*

- luscus. 2. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, rostro fusco, fronte fasciaque laterali longitudinali albida.  
*Ursulus lupi aethnis americanus. Edv. av. I. p. 103. t. 103.*  
*Habitat ad sinum Hudsonis.*

3. U.

- Meles. 3. U. cauda concolore, corpore supra cinereo subtus nigro, fascia longitudinali per oculos auresque nigra. Meles unguibus anticis longissimis. *Faun. suec.* 15. *Syst. nat.* 6.  
Meles. *Gesn. quadr.* 686.  
Taxas. *Aldr. digit.* 264. *Jonst. quadr.* t. 64. *Raj. quadr.* 185.  
*Habitat in Europa inter rimas rupium & lapidum.*  
*Venatur cuniculos, autem foedit inhabitatque; stercus in*  
*coldem loco depuant inhabitantes extra antrum; ab*  
*latet, corrudit Lathyrum in byzem, folliculum pu-*  
*torium supra anum haurit hibernans.*  
Anatomie. *E. N. C. d. 2. a. 5. obs. 32. & d. 3. a. 3.*  
*obs. 163.*
- Lotor. 4. U. cauda annulata, fascia per oculos transversali.  
Ursus cauda elongata. *Syst. nat.* 4. *Aff. Stockb.* 1747  
*t. 9. f. 1.*  
*Mus indicus alias. Gesn. quadr.* 741.  
*Vulpes attica americana. Raj. quadr.* 179.  
*Raccon. Kaim. it. 2. p. 228.*  
*Coati-inonde. Maregr. bras. 228. Jonst. quadr.* 139.  
*Norm. mus. 319. Dodart. aff. 181. t. 181. Major.*  
*mus. 30. Raj. quadr.* 130.  
*Felis montana americana. Seb. mus. 1. p. 68. t. 4.*  
*f. 1.*  
*Habitat in America maritimis.*  
*Cauda crassa, ferruginea annulis nigris.*  
*Eat labenter ova, Gallinas; cibum lavat; odoratu taciturno excellit; mentis tenacissimus, dormit a 12 noctibus ad 12 diei; pellitur setis porcinis. Penis osse incravato secat.*

## IV. BE

Ursus scandit interclusa arbores, at non saltat, sed descendit posterioribus prae-

terit. Talis comoda incidit. Penis osse curvato secat.

## IV. BESTIÆ.

Dentes Primores utrinque: intermediis distantibus.

Laniarii semper uno plures utrinque:  
Nasus ultra os prominens.

16. SUS. Dentes Primores Superiores IV, convergentes.

Inferiores VIII patuli.

Laniarii Superiores II breviores,  
Inferiores II exterti.

Scrofa. 1. S. dorso antice setoso, cauda pilosa. *Faun. suec.* 36. *Syst. nat.* 12.

Aper. *Gesn. quadr.* 146. *Aldr. bisule.* 1013. *Jonst. quadr.* 74. *Raj. quadr.* 96.

2. Sus. *Gesn. quadr.* 872. *Aldr. bisule.* 937. *Jonst. quadr.* t. 47. *Raj. quadr.* 92.

3. Sus chinensis. *It. Wgoth.* 62. *It. Scan.* 72.  
*Habitat in Europa australiore.*

Aper vix differt a Sue domestico, nisi quod lanam inter setas non habeat.

Chinensis dorso subnudo, abdomine ad terram usque dependente differt.

Varietas frequens Upsalica Suis domestici semper monogalli, in ceteris eadem species.

Animal odore pollens, naribus sordiens: tendinibus truncandis; quisquiliis, stercus, succulenta, variaque spurcata vorans; multa feligens; pinguisimum, stupidum, somnolentum, tempestatum pronuncium & impatiens; apricatur in sole, in cœno se volutat, immunis, grunnicus, accurrit clamanti adversus boylem spumante ore dentibusque horrens, Crotalis infestum; tardum venere: pene laxo longo; mamnis numerosissimis, prole innumera; laborat pediculis, scabie, scrophulis, pipere. Ganeæ numeroſa materies, Atletis & exercitatis salubris, non vero criticis; Saccharo ſificu imprimis altilis laudatur: inde Perne, Sincipitia, Trunculi, Costæ, Sumina, Vulvae, Iſicia, Botnici, Juncula; at stercus in fluxu sanguineo vales.

## MAMMALIA BESTIÆ. Sus.

Porcus. 2. S. Dorso pollice fetoso, cauda longitudine pedum, umbilio cylindrico. *Syst. nat.* 12.  
Porcus guineensis. *Raj. quadr.* 96.  
*Habitat in Africa.*  
*Affinis priori. Corpus rufum. Auriculae acuminatissima.*  
*Cauda longa, nuda.*  
*Vellus fetis carent, nisi supra clunes.*

Tajacu. 3. S. dorso cylindrico, cauda nulla. *Syst. nat.* 12.  
Tajacu. *Pif. Ind.* 98.  
Tajacu f. Aper mexicanus moschiferus. *Tyson. act.* n. 153, *Raj. quadr.* 97.  
Coatiguara. *Maregr. bras.* 229. *Barth. cent.* 3. n. 44.  
Quavilida cognata Quapitzott. *Hern. mex.* 637. t. 637.  
*Habitat in Mexici, Paname, Brasiliæ montibus, sylvis;*  
*etiam Ranae, Serpentes.*  
Corpus cinereum; fascia flava circum lumores; crux  
nigra supra nasum.  
Pedes nigri; macula alba supra genua antica. Setæ sa-  
lignate nigrae inter breves aures, nec in dorso. Ro-  
tundibilia ad latera oris & supra nasum. Glandula  
secretoria sub clunes, secernens odoratum liquorem  
ambrosiacum. Z. Hallman.

Babirus. 4. S. dentibus duobus caniniis fronti innatis. *Syst. nat.* 12.  
f. Babiroussa. *Bont. jav.* 61. *Barth. cent.* 2. *oif.* 96.  
*Grew. mus. t. 1. Seb. mus. 1. p. 80. t. 50. f. 2. Raj.*  
*quadr.* 96.  
*Habitat in Borneo Indiæ orientalis.*  
Magnitudine Cervi. Dentes Laniarii superiores II, per-  
forantes cranium frontis, recurvati ut 2 cornua; in-  
feriores utrinque solitarii, magni, adstant prioribus.

## 17. DASYPUS. Dentes . . .

Corpus testa ossea cataphractum, Zo-  
nis imperfecta.

Unicus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syst. nat.* 6.  
f. 3. 4.  
f. 5. *Dasypus cingulo simplici.* *Syst. nat.* 6.  
Tatu mustelinus. *Raj. quadr.* 235. *Grew. mus.* 19. t. 1.  
*Habitat in Africa.*

2. D.

## MAMMALIA BESTIÆ. Dasypus.

tricin- 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.  
etus. *Dasypus cingulis tribus.* *Syst. nat.* 6.  
Tatu f. Armadillo. *Red. exper.* 91. t. 92.  
Tatu f. Armadillo orientalis. *Seb. mus.* 1. p. 62. t. 38.  
f. 2. 3.  
Tatu apara. *Maregr. bras.* 232. *Pif. bras.* 100. *Raj.*  
*quadr.* 234.  
Armadillo f. Tatou genus alterum. *Clas. exot.* 109.  
Armadillo. *Grew. mus.* 17. *Olear. mus.* 8. t. 6. f. 4.  
*Habitat in India orientali.*  
quadri- 3. D. cingulis quatuor. *Syst. nat.* 6.  
cinctus. *Cheloniscus. Column. aquat.* 2. p. 15. t. 16.  
*Habitat. . . .*

sexin- 4. D. cingulis senis, pedibus pentadactylis. *Mus. Ad. Fr.* 7.  
etus. *Dasypus cingulis sex.* *Syst. nat.* 6.  
Tatu f. Arinadillo primus. *Raj. quadr.* 233.  
Tatu f. Tatu-pera. *Maregr. bras.* 231.  
Armadillo f. Tatou. *Clas. exot.* 230.  
*Habitat in America Meridionali.*

septem- 5. D. Ungulis septenis, palmis tetradactylis, plantis pen-  
cinctus. *Dasypus cingulis septem.* *Syst. nat.* 6.  
*Habitat in Indiis.*  
*An sufficienter a sequente distinctus?*

novem- 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis penta-  
cinctus. *Mus. Ad. Fr.* 6.  
*Dasypus cingulis novem.* *Syst. nat.* 6.  
Tatu f. Arinadillus americanus. *Seb. mus.* 1. p. 45.  
t. 29. f. 1. & t. 53. f. 6.  
Tatue brasiliensis. *Maregr. bras.* 231. *Raj. 9. quadr.*  
233.  
f. 5. *Dasypus. Hern. mex.* 314.  
*Habitat in America meridionali.*

## 52 MAMMALIA BESTIÆ. Erinaceus.

18. ERINACEUS. Dentes Primores II, paralleli, subcuneati, longiores, distantes: superiores remotiores.

*Laniarii* II ubique, antorium decumbentes, parvi.

*Molares* III s. IV acuti, lobati.

*Corpus* spinis obtectum.

europeus. 1. ERINACEUS. Fn. sv. 16. Syst. nat. 6. It. Goth. 264. Echinus s. Erinaceus terrestris. Gesn. quadr. 368. Aldr. quadr. 459. Jonst. quadr. 119. t. 68. Raj. quadr. 231. Seb. mus. 1. p. 78. t. 49. f. 1. 8.

Habitat in Europa.

*Mitis*, *ambrosiacus*, *polypagous*, *nocturnus*, *monogamus*, *hibernans*, *nidificans* e *Musco* in *fruticibus* metu se contrabens, *naribus cristatis*.

Anatome E. N. C. d. 2. an. obs. 65. ♂ an. 6. obs. 10. ♂ cent. 10. app. 447. Barth. act. 1671. n. 90.

19. TALPA. Dentes Primores superiores VI. Inferiores VIII.

*Laniarii* major I, & minores IV.

*Molares* acuminati.

europea. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis.

Talpa caudata. Syst. nat. 7. Fann. spec. 17. It. Sc.

332. Talpa. Gesn. quadr. 931. Aldrov. digit. 451. Raj. quadr. 236. Seb. mus. 1. p. 68. t. 41. fig. 1, 4.

Habitat in Europa humosis sub terra, vicitans e Lus- bricis, non plantis, noctu prædatur.

Anatome. E. N. C. d. 1. a 2. obs. 51. ♂ d. 2. a 1. 1.

130. Penis omnium animalium longissimus. Pellis delicatula.

asiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis.

Talpa sibirica versicolor. Seb. mus. 1. p. 51. t. 32.

f. 4, 5.

Habitat in Siberia.

20. SOREX. Dentes Primores Superiores II, bifidi.

Inferiores IV: interme- diis 2 brevioribus.

*Laniarii* utrinque plures.

Araneus. 1. S. cauda corpore longiore.

Sorex. Faun. spec. 33.\* Syst. nat. 10.

Mus araneus. Gesn. quadr. 741. Aldr. digit. 441. t. 442.

Jonst. quadr. t. 66. Raj. quadr. 239.

Habitat in Europæ cryptis.

Auriculæ breves, ample. Cauda longa.

cristatus. 2. S. naribus cristatis, cauda corpore breviore.

Habitat in Pensylvania. P. Kalm.

Facies Talpe, colore atro, palmis niveis.

Auriculæ nulla. Rostrum longissimum. Cauda subnuda, corpore dimidio brevior, concolor. Nares sin- gule stella palmata radiis 10. s. 15. subulatis, nudis ut in Erinaceo. Dentes primores superiores 2; in- feriores 4. *Laniarii* utrinque plures.

aquaticus. 3. S. plantis palmatis, palmis caudaque corpore brevio- re albis.

Talpa virginianus niger. Seb. mus. 1. p. 51. t. 32. f. 3.

Habitat in America septentrionali. P. Kalm.

Facies præcedentis, sed cinerea aut fusca, palmis albis. Cauda corpore quadruplo brevior, alba. Dentes primo- res superiores 2; inferiores 4: intermedii brevissimi.

*Laniarii* utrinque plures, discreti.

21. DIDELPHIS. *Dentes Primores Superiores X.*  
*Inferiores VIII: inter-*  
*mediis 2 brevissimis,*  
*Laniarii longi.*  
*Molares denticulati.*  
*Lingua subciliata.*  
*Folliculus abdominalis mamma-*  
*rum.*

marsu- 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amœn. acad.* I. p. 279.  
 philis. *Syst. nat.* 10. *Mus. Ad. Fr.* 10.  
 Philander. *Seb. mus.* I. p. 64. t. 39.  
 Opossum. *Tiss. act.* 290. p. 1565.  
 Carigue. *Laët. amer.* 551.  
 Carigueja brasiliensis. *Maregr. bras.* 222. *Pif. bras.* 323. *Jonfz. quadr.* 136. t. 63.  
 Maritacaca. *Pif. bras.* 323. *Raj. quadr.* 182.  
 Thlaquazin. *Hernand. mex.* 330.  
*Habitat in America.*  
 Corpus *Meijs*, magnitudine *Felis majoris*. Rostrum conicum, longum suis instar, carinatum, rectu longissimo vulpis. Nares perpendiculares, lunares. Vibrilia 5 oris, longæ; setæ pone oris rectum 8, sub gratae. Auriculae rotundatae, atre apicibus albis. Dentes molares lobati: anteriores simplices; primi minimi; reliqui ut in charactere. Tibiae nigrae, laxe pilis brevibus. Cauda nuda, longitudine corporis, quasi segmentis ex rugis, prekenfisis. Manus 5 dactyle, fissæ. Digiæ terete, nudi, æquales. Ungues compressi, arcuati. Plantæ ut in palmis: Pollex omnino muticus.  
 Pullos lactantes territosque intra abdomen recipit mater.

Philan- 2. D. cauda basi pilosa, auriculis pendulis, mammis qua-  
 der. tenuis.  
 Tlaquazin s. Tai-ibi brasiliensis. *Seb. mus.* I. p. 57.  
 t. 36. f. 4.  
*Habitat in America.*

Didelphis police planarum, mi distinto s. remoto, gaudent Primates mutico.

*Figura Sebae aliena rostro rotundiore, fascia fusca trans oculos, pollice postico unguiculato, quod non in nostro. Uvera duo: mammis in singulis 2.*

- Opos- 3. D. cauda semipilosa, superciliarum regione pallidiore,  
 sum. mammis binis.  
 Philander, Opossum s. Carigueja. *Seb. mus.* I. p. 56.  
 t. 36. f. 1, 2.  
*Habitat in America.*  
*Abdomen circa mammas contrahitur in marsupium; pollices postici mutici.*
- marina. 4. D. cauda semipilosa, mammis senis. *Amœnit. acad.*  
 I. 279.  
*Mus sylvestris americanus. Seb. mus.* I. p. 48. t. 31.  
 f. 12, 36.  
*Habitat in Asia, America.*  
*Ungues digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus por-*  
*sticis.*
- dorlige. 5. D. cauda basi pilosa corpore longiore, digitis manuum  
 ra. muticis. †  
*Mus sylvestris americana. Seb. mus.* I. p. 49. t. 31. f.  
 5, 4. ♂ 2. p. 90. t. 84. f. 4. *Merian. Jurin.*  
*Habitat in America.*  
*Pullos in dorso gerit caudis cirrhi instar convolutis.*

## V. GLIRES.

*Dentes Primores bini supra & infra, a molaribus remoti.*

*Laniarii nulli.*

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores II.*  
*Cornu nato insidens.*

unicer-  
nis. 1. R. cornu unico conico. *Syst. nat.* II. n. I.  
Rhinoceros. *Jonst. quadr.* 98. t. 38. *Bont. jav.* 50.  
t. 51. *Bergen. orat.* 1746. t. I. *Gesn. quadr.* 842.  
*Alar. bisule.* 878.  
*Habitat in Africa, India, cono se volutans, vicitam  
vegetibus.*  
Stagara prioris fere *Elephantis.*  
*Cornu in rostro, solidum, recurvum, perpetuum, conicum,*  
*Labium superius acuminatum aduncum.*  
*Oculi & Aures parve.*  
*Cutis nuda. Rugae transversales: 1. Capitis postica, 2.  
Scapularis: 3. Abdominalis ante femora. 4. Femori-  
lis trans femora. Ungulae tres.*  
*Cauda attenuata pedibus brevior.*  
*Animal mite, ni lacesetur, tum arbores fragore pro-  
fiernit. cornu ejicit omnia.*  
*Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat. Martialis.*

bicornis. 2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *Syst. nat.* II. n. I.  
*Habitat in India. Kolbius, Jacobaeus, Schroeckius.*  
*Species obscura, cranium tantum cum cornibus duobus  
compremissis altero minori supra alterum nobis visum.*

23. HYSTRIX. *Dentes Primores II oblique scis-  
si. (Raj.)*  
*Molares octo.*  
*Corpus spinis tectum.*

cristata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capi-  
cristato, cauda abbreviata. *Syst. nat.* 9. n. I.

*Hystrix. Gesn. quadr.* 563. *Aldrov. digit.* 471. *Jonst.*  
*quadr.* 119. t. 88. *Dodart. atl.* 233. *Raj. quadr.* 206.  
*Hystrix orientalis cristata. Seb. mus.* I. p. 79. t. 50. f. 1.  
*Habitat in Asia.*

prehensi- 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehensili se-  
lis, minuda. *Syst. nat.* 9. n. 2.  
*Hystrix. Bont. jav.* 54.  
*Cauda brasiliensis. Marcgr. bras.* 233. *Pis. amer.*  
99. *Raj. quadr.* 208.  
*Hoitzlacuatzin. Hern. mex.* 322.  
*Habitat in Asia, America meridionali.*

dorsata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda  
elongata, dorso solo spinoso.  
*Hystrix canadensis. Edv. av.* 52. t. 52.  
*Habitat in Canada.*  
*Corpus ferrugineum, Cauda apice subtus alba.*  
macrou- 4. H. pedibus pentadactylis, cauda elongata: aculeis cla-  
ra. vatis. *Syst. nat.* 9. n. 3.  
*Porcus aculeatus f. Hystrix orientalis. Seb. mus.* I. p.  
84. t. 52. f. 1.  
*Habitat in Asia.*

brachyu- 5. H. pedibus pentadactylis, cauda abbreviata. *Syst. nat.*  
ra. 9. n. 4.  
*Porcus aculeatus f. Hystrix malaccensis. Seb. mus.* I.  
p. 81. t. 51. f. 1.  
*Habitat in Asia.*

24. LEPUS. *Dentes Primores II: superiores dupli-  
cati: interioribus minoribus.*

timidus. 1. L. cauda abbreviata, auribus apice nigris. *Syst. nat.*  
9. n. 2. *Faun. svec.* 19.  
*Lepus. Gesn. quadr.* 69. *Aldr. dig.* 247. *Jonst. quadr.*  
t. 65. *Raj. quadr.* 204.  
*Habitat in Europa.*  
*Hyeme in frigidis niveus, exceptis auribus nigris. Cau-  
da etiam astate alba. Aures longae. Oculi exstantes  
membrana nictitante, somno aperti. Femora postica  
crassa Pedibus lanatis 5-4, & dorsum constituant*

D 5

pre-

Hi Lepus cornutus, si non hybridus, certe fabulosus sit.

## MAMMALIA GLIRES. Lepus.

præstantissimam partem. Nares bimidi, motitantes. Inermis cursa valet, timidus, currit gyros sensim breviores, retro deviat exsiliendo; a Canibus, Felibus, Accipitribus, Noctibus venatur; cavitas utriusque e regione pubis; mordet truncum transcendendum; delectatur tympano; cervice fragili; immensus parturitione; urina foetida non in cubile; pulicibus obnoxius. Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 251. ♂ a. 3. obs. 93. ♂ d. 3. a. 5. obs. 225. Barth. act. 1671. n. 136.

Canicu- 2. L. cauda abbreviata, auriculis nudatis. Syft. nat. 9. n. lus. 3. Faun. svec. 20. Cuniculus. Gesn. quadr. 72. Aldr. digit. 382. Jonf. quadr. t. 65. Raj. quadr. 205. Habitat in Europa australi, antra fodiens in arenosis. Hostes ipsi Faltones, Meles, Putorius. Species faciliter dignoscitur, quam differentia specificis determinatur. Anatome. Part. obs. 10.

capensis. 3. L. cauda longitudine capitis, pedibus rubris. Habitat ad Cap. b. Spei. Sodicens. J. Burmannus.

brasiliensis. 4. L. cauda nulla. Syft. nat. 9. n. 1. Cuniculus brasiliensis Tapeti. Maregr. bras. 223. Raj. quadr. 205. Habitat in America meridionali.

25. CASTOR. Dentes Primores Superiores truncati, angulo transverso excavati; inferiores apice transversi.  
Cauda depreßa.

Fiber. 1. C. cauda ovata plana. Faun. svec. 23. Syft. nat. 10. n. 1. Castor. Gesn. pise. 185. Rond. pise. 236. Jonf. pise. t. 68. Dodart. act. 131. Raj. quadr. 209. Aldr. quadr. 706.

Fiber. Bellon. aqu. 30. Habitat in Europe, Asia, Americæ borealibus ad ripas fluviorum lacuumque, vicitam corticibus imprimis Populi tremulæ; Domos mire exstruit.

## MAMMALIA GLIRES. Castor.

Oeconomia animalis data a D. Gistero, act. Stockh. 1756. p. 207. Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 251.

moscha- 2. C. cauda longa lanceolata plana. Faun. svec. 24. Syft. nat. 10. n. 2. Mus aquaticus exoticus. Clus. exot. 375. Worm. mus. ... Raj. quadr. 217. Habitat in Russia aquosis, America. Pedes postici, ut in antecedente palmati; vicitat Acoro.

## 26. MUS. Dentes Primores inferiores subulati.

*Ilorax punctatus est.*

24-pun- 17. *C. coleoptris rubris*: punctis nigris viginti quatuor. *etata.* *Faun. fvec. 402.*  
*Habitat in Europa.*

25-pun- 18. *C. coleoptris rubris*: punctis nigris viginti quinque. *etata.* *Habitat in Europa.*

conglo- 19. *C. coleoptris rubris*: punctis nigris plurimis subcon-  
 bata. *tiguis.* *Faun. fvec. 403.*  
*Frisch. inf. 9. p. 34. t. 16. f. 6.*  
*Habitat in Europa.*

conglo- 20. *C. coleoptris flavescensibus*: punctis nigris plurimis  
 merata. *contiguis.* *Faun. fvec. 404.*  
*Raj. inf. 87. n. 15.* *Lift. loqu. 383. n. 9.*  
*Frisch. inf. 9. t. 17. f. 4. 5.*  
*Habitat in Europa.*

\* \* *Coleoptris rubris flavisue*: albo maculatis.  
 guttato- 21. *C. coleoptris rubris*: punctis albis quatuordecim, ni-  
 gretata. *gris trios.*  
*Habitat in Europa.*

14-gut- 22. *C. coleoptris rubris*: punctis quatuordecim albis. *Faun. fvec. 397.*  
*Lift. loqu. 383. n. 10.*  
*Habitat in Europe Salicibus.*

16-gut- 23. *C. coleoptris rubris*: punctis albis sedecim. *Faun. fvec. 399.*  
*Habitat in Europa.*

18-gut- 24. *C. coleoptris rubris*: punctis albis sedecim: duobus primis lunatis.  
*Habitat in Svecia.*

20-gut- 25. *C. coleoptris rubris*: punctis albis viginti. *Faun. fvec. 400.*  
*Habitat in Europa.*

oblongo- 26. *C. coleoptris rubris*, lineis punctisque albis. *Faun. fvec. 389.*  
*Habitat in Europa.*

oblitera- 27. *C. coleoptris flavis*: punctis quatuor rufis: anticis ob-  
 tata. *foliatis.*  
*Habitat in Europa.*

\* \* \* *Coleoptris nigris*: rubro maculatis.

2-pustu- 28. *C. coleoptris nigris*: punctis rubris duobus, abdomine sanguineo. *Faun. fvec. 409.*  
*Frisch. inf. 9. p. 34. t. 16. f. 6.*  
*Ros. inf. 2. scar. 3. p. 10. t. 3.*  
*Habitat in Europe Sorbis; in America septentrionali.*  
*Kalm.*  
*Singulum punctum e tribus componitur.*

4-pustu- 29. *C. coleoptris nigris*: punctis rubris quatuor: interiori-  
 bus longioribus. *Faun. fvec. 408.*  
*Habitat in Europe Urticis, Rubis.*

6-pustu- 30. *C. coleoptris nigris*, punctis rubris sex. *Faun. fvec. 407.*  
*Raj. inf. 87. n. 4.*  
*Habitat in Europa.*

10-pustu-31. *C. coleoptris nigris*: punctis fulvis decem. *Fn. svec. 404*.  
lata. *Frisch. inf. 9. t. 17. f. 4. s. List. log. 383. n. 9.*  
*Raj. inf. 87. n. 15.*  
*Habitat in Europa.*

14-pustu-32. *C. coleoptris nigris*: punctis rubris quatuordecim. *Fn.*  
*svec. 406.*  
*Uddm. diff. 15. Coccinella coleoptris nigris, maculis*  
*decem pallide flavis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Maculae aliae flavae, aliis fulvae, aliis rubrae.*

16-pustu-33. *C. coleoptris nigris*, punctis fulvis sedecim.  
lata. *Habitat in Europa.*

gigantea. 34. *C. coleoptris nigris*: punctis fulvis numerosissimis.  
*Habitat in India. De Geer.*  
*Gigas in bac gente, & Scarabæo stercoreario par, media*  
*inter Coccinellas & Chrysomelas. Corpus nigrum &*  
*vatum. Thorax marginatus & emarginatus. An-*  
*tennae clavatae. Elytra valde convexa marginata,*  
*punctis, in maculas saepe confluentibus, numerosissi-*  
*mis, rufo-fulvis adpersa.*  
*\* \* \* \* Colocoptris nigris albo flavo maculatis.*

pantheri-35. *C. coleoptris nigris*: punctis flavis octo.  
na. *Habitat in Europa.*

tigrina. 36. *C. coleoptris nigris*: punctis albido viginti. *Fn. svec.*  
*405.*  
*Uddm. diff. 11. Coccinella coleoptris nigris, punctis*  
*viginti albis.*  
*Habitat in Europa.*

176. CHYSOMELA. Antennæ moniliformes, ex-  
trorsum crassiores.  
Thorax, nec elytra, mar-  
natus.

\* *Corpo ovato.*

göttein- 1. *C. ovata atra*, pedibus violaceis.  
genfis. *Röf. inf. 2. scar. 3. t. 5.*  
*Habitat in Germania. P. Forstahl.*

Tanace. 2. *C. ovata atra punctata*, antennis pedibusque nigris.  
ti. *Fn. svec. 413. Chrysomela atra, punctis excavatis con-*  
*tignis.*  
*It. goth. 270.*  
*Habitat in Tanacetum vulgari.*

haemor- 3. *C. ovata nigra nitida*, antennis basi flavescensibus, an-  
thoidalis. *supra rubro.*  
*Fn. svec. 419. Chrysomela nigra glabra, antennarum*  
*basi subflava.*  
*Habitat in Betula Alno.*

Graminis. 4. *C. ovata viridis nitida*, antennis pedibusque concolo-  
ribus.  
*Fn. svec. 419. Chrysomela viridi-cerulea.*  
*Habitat in Gramine pratorum.*

ænea. 5. *C. ovata viridis nitida*, abdome postice ferrugineo.  
*Fn. svec. 420. Chrysomela viridis nitida, thorace anti-*  
*ce excavata.*  
*Habitat in Betula Alno.*

Alba. 6. *C. ovata violacea*, elytris punctis excavatis sparsis. *Fn.*  
*svec. 416.*  
*Habitat in Betula Alno.*

Betula. 7. *C. ovata violacea*, elytris punctis excavatis striatis. *Fn.*  
*svec. 415.*  
*Habitat in Betula alba.*

hemo- 8. *C. ovata violacea*, alis rubris.  
ptera. *Habitat in Europa.*

occiden- 9. *C. ovata viridi-ænea*, pedibus antennisque flavis.  
talis. *Habitat in America. Rolander.*  
*Similis C. vitellina.*

Padi. 10. *C. ovata nigra*, elytris apice lividis.  
*Habitat in Pruno Pado.*  
*Pulice major, tota nigra, elytris apice lividis.*

Armora- 11. *C. ovata ceruleo-viridis*, subitus nigra.  
cia. *Habitat in Cochlearia Armoracia.*

Hypo- 12. C. ovata aurata, antennis nigris, elytris abbreviatis.  
claviger. It. svec. 210.  
*Habitat in Hypochaeridis maculata floribus.*

velutina- 13. C. oblongo-ovata cærulea, antennis basi ferrugineis.  
tina. Habitat in Europa.  
*Differ a segmenti quod major, non æqua, sed carina  
et magis velunga.*

vitellina. 14. C. ovata ænea.  
Chrysonela ænei coloris. Fn. svec. 426.  
Raf. sp. 2. f. 2. 3. p. 5. t. 1.  
*Habitat in Salicibus glabris Populoque, folia subtiliter  
ramentata.*  
*Dum pauciorum larvæ disponuntur per lineas parallelas.*

Polygo- 15. C. ovata cærulea, thorace femoribus quoque rufis.  
ni. Fn. svec. 440.  
Roum. inf. 3. t. 17. f. 15.  
*Habitat in Polygono aviculari, terrefricti.*

pallida. 16. C. ovata flavescens tota, oculis nigris.  
Fn. svec. 423. Chrysonela pallido-grisea.  
*Habitat in Salicibus.*

flavif- 17. C. ovata obscure testacea tota. Fn. svec. 422.  
laea. Habitat in Europa.

polita. 18. C. ovata, thorace aurato, elytris rufis.  
Fn. svec. 427. Chrysonela viridi-ænea, elytris rubi-  
cundis.  
*Habitat in Salice, Populo.*

clavicor- 19. C. ovata nigra, elytris abdomineque rubris; anten-  
nis clavatis.  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Facies C. pupuli. Antennarum caput articolis triku-  
nigris.*

Populi. 20. C. ovata, thorace cerasiferaente, elytris rubris apice  
nigris.  
Fn. svec. 428. It. sp. 38. Chrysonela nigro cærulea,  
elytris rubris apice nigris.  
Merian. sp. 1. t. 27. Alb. inf. 63. f. C.  
*Habitat in Populo tremula.*

vimina- 21. C. ovata nigra, thorace bimaculato, elytris testaceis.  
lis. Fn. svec. 429. Chrysonela thorace elytrisque rubris.  
*Habitat in Salicibus.*

jo-pun- 22. C. ovata, thorace rubro politice nigro, elytris rufis:  
glata. punctis subquadratis nigris.  
Fn. svec. 436. Chrysonela supra rufa, thoracis punctis  
nigris duabus, elytrorum pluribus.  
Frisch. inf. 13. t. 23.  
C. Chrysonela rubra, elyro singulo maculis quinque ni-  
gris. Fn. svec. 434.  
*Habitat in Populo tremula; Asparago.*

lapponi- 23. C. ovata, thorace viridi, elytris rubris: fascia inter  
ca. punctum maculamque lunatam cærulea.  
Fn. svec. 431. Chrysonela thorace viridi, coleoptris  
rubris cruce cærulea.  
*Habitat in Europa.*

Boleti. 24. C. ovata nigra, elytris fasciis tribus flavis repandis.  
Uddm. diff. 4. t. 1. f. 3. Derinetes ater nitens, elytris  
nigris, fasciis duabus flavis undulatis.  
*Habitat in Europa.*

collaris. 25. C. ovata violacea, thorace marginibus luteo: puncto  
nigro. Fn. svec. 417.  
*Habitat in Salicibus.*

sanguino- 26. C. ovata nigra, elytris margine sanguineis.  
lenta. Habitat in Europa.

margina- 27. C. ovata nigro-ænea, elytris margine luteis. Fn. svec.  
ta. 437.  
*Habitat in Europa.*

margi- 28. C. oblongo-ovata nigro-cærulea, thorace elytrisque  
nella. margine luteis.  
*Habitat in Europa.*

ælevans. 29. C. oblongo-ovata rufo-testacea, elytris maculis 4 fla-  
vescentibus alternis.  
*Habitat in America. Rolander.*

coccinea. 30. C. ovata, thorace emarginato sanguineo macula ni-  
gra, elytris sanguineis: maculis duabus nigris.

A 3 2

Uddm.

## 372 INSECTA COLEOPTERA. Chrysomela.

*Uddm. diff. 13.* Coccinella coleoptris rubris, maculis  
4 nigris.

*Habitat in Europa.*

philadel- 31. C. ovata viridis, elytris flavis: punctis virescentibus  
phica. oblongisculis, antennis pedibusque ferrugineis.  
*Habitat in Pennsylvania.* C. De Geer.

america- 32. C. ovata viridi-ceruleoescens, elytris lineis tribus rubris,  
na. alis sanguineis.

*Habitat in America, lessa inter Cocos officinarum.*  
Corpus totum nitidum, ceruleo-virescens, ovale; fultus  
totum picco-fuscum. Caput Thorax & Elytra nigro  
viridi-ceruleoescens. Elytron singulum pectum linea  
3 longitudinalibus, a basi ad apicem elytri exaratum;  
borum interior recta a basi ad apicem exerrata; ex-  
tima marginalis duplicita.

saera. 33. C. ovata supra rufa, thoracis linea punctis duobus e-  
lytrorumque sutura nigris.

*Habitat in Palæstina.* Hasselqvist.  
Linea extima basi coiens cum intima; intermedia parum  
flexuosa ante apicem definit; ramulus ruber in media  
linea marginalis antrorsum spectans. Alæ sanguineae.

minuta. 34. C. ovata nigra, elytris pedibus thoracisque lateribus  
griseis.

*Habitat in Europæ aquofis.*  
Gerit faciem simillimam Dytiscis, sed pedes angusti-  
lati.

\* \* Saltatoria femoribus posticis crassissimis.

oleracea. 35. C. saltatoria, corpore virescenti-ceruleo.  
*Fn. svec. 539.* Mordella subrotunda atro-cerulea.  
*Habitat in Europæ cotyledonibus plantarum.*

chryso- 36. C. saltatoria, corpore atro-ceruleo, capite pedibusque  
cephala. quatuor anterioribus luteis.  
*Habitat in Svecia.*

Hyoscy- 37. C. saltatoria, corpore virescenti-ceruleo, pedibus te-  
zani. braceis, femoribus posticis violaceis.  
*Fn. svec. 540.* Mordella ovata cerulea nitida, tibis  
ferrugineis.  
*Habitat in Hyoscyamo nigra.*

erythro- 38. C. saltatoria, corpore atro-ceruleo, capite geniculisque  
cephala. pedum rufis.  
*Habitat in Svecia.*

Helvines. 39. C. saltatoria, corpore viridi-aeneo, antennis pedibusque  
omnibus testaceis.

*Fn. svec. 539.* Mordella atro-aenea subrotunda.  
*Habitat in Polygono Fagopyro.*

exoleta. 40. C. saltatoria, corpore flavescente, pedibus testaceis.  
*Fn. svec. 533.* Mordella flava.  
*Habitat in Europa.*

nitidula. 41. C. saltatoria, elytris ceruleis, capite thoraceque aureo,  
pedibus ferrugineis.  
*Habitat in Europa.*

nemo- 42. C. saltatoria, corpore atro, elytris linea flava, pedibus  
rum. pallidis.  
*Fn. svec. 542.* Mordella oblonga atra, clytris longitu-  
dinaliter in medio flavescentibus.  
*Habitat in Pulmonariis, Dentariis.*

rufipes. 43. C. saltatoria cerulea obovata, thorace pedibus capite  
antennisque rufis.  
*Habitat in Europa.*

holsti- 44. C. saltatoria nigra nitida, elytris apice puncto rubro.  
ca. *Fn. svec. 544.* Mordella nigra, elytris apice rubris.  
*Habitat in Europa.*

hemi- 45. C. saltatoria, corpore nigro hemispherico, tibiis piccis.  
spherica. *Habitat in Germania.* P. Forkab.

surina- 46. C. saltatoria flavesrens, elytris marginè fascia que san-  
genensis. guineis.  
*Habitat Surinami.* Rolander.  
Antecedentibus major. Antennæ pedesque pallidi.

S. litera. 47. C. saltatoria pallida, elytris nigris: linea longitudinali  
flexuosa alba.  
*Habitat Surinami.* Rolander.  
Linea alba in singulo clytro refert S literam, neque hac  
parva est.

A a 3

48. C.

Chrysomela saltatoria plantarum cotyledonibus & tenellis foliis infeste Jam.

*aequino-* 48. *C. saltatoria*, thorace rubro, elytris violaceis: maculae  
cibialis. 4 alios alterius.

*Habitat in America. Rolander.*

*Blagutudo Coccinelle bipunctata. Antennæ & Pedes nigri; macula Elytrorum subrotunda.*

\* \* \* *Corpo cylindrico.*

*tridenta-* 49. *C. cylindrica*, thorace cæruleo, elytris testaceis.

ta. *Habitat in Lonicera Nyctaginea.*

*4-puncta-* 50. *C. cylindrica*, thorace nigro, elytris rubris: punctis  
ta. quibus nigris, antennis brevibus.

*Fn. spec. 432. Chrysomela oblonga nigra, coleopteris  
rubris: maculis quatuor nigris.*

*Habitat in Europa.*

*2-puncta-* 51. *C. cylindrica*, thorace nigro nitido, elytris rubris:  
ta. punctis duobus nigris, antennis longis.

*Uddm. diff. 22. Chrysomela atra, elytris rubris, pa-  
etis 4 nigris.*

*5. Uddm. diff. 21. Chrysomela nigra, elytris rubris ma-  
culâ nigra longitudinali.*

*Gadd diff. 25. Cassida nigra, elytris flavis nitidis, ma-  
culâ quatuor nigris, quarum due posteriores majora  
& quasi ex duabus aliis connatae.*

*Habitat in Europa.*

*Morzi.* 52. *C. cylindrica*, thorace nigro, elytris nigris: macula  
duabus rubris marginalibus.

*Gadd diff. 28. Cassida nigra nitida, clypeo caput fer-  
integrum tegente, macula ad apicem & basin elytrio-  
rum leuca.*

*Habitat in Europa.*

*nitida.* 53. *C. cylindrica*, thorace cæruleo nitido, elytris cæ-  
reolis, pedibus testaceis.

*Habitat in Europa.*

*sericea.* 54. *C. cylindrica*, thorace cæruleo, elytris pedibusque  
cæreolis.

*Fn. spec. 418. Chrysomela viridis nitida, thorace \**  
*quali, elytris punctis excavatis contiguis.*

*Habitat in Salicibus.*

*Coryii.* 55. *C. cylindrica*, thorace elytrisque testaceis, pedibus  
nigris.

*Habitat in Europa.*

*Pini.* 56. *C. cylindrica testacea*, elytris pallidioribus, pedibus  
concoloribus, antennis fuscis.

*Habitat in Pino,*

*botanica.* 57. *C. cylindrica atra*, thorace linea longitudinali rubra.

*Habitat in Westerbotnia. D. C. Salander.*

*Statura C. corrigera, sed atra. Thorax marginè antico  
& linea longitudinali ruber. Caput in fronte ma-  
culâ quadrata rubra.*

*cordige-* 58. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris rubris: pa-  
netis duobus nigris.

*Uddm. diff. 23. Chrysomela nigra, elytris subnatis pa-  
netis quatuor nigris.*

*Habitat in Europa.*

*Macula media posita thoracis anteriam bipartita est.*

*6-puncta-* 59. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris rubris: ma-  
ta. culis tribus nigris.

*Habitat in Europa.*

*Genicula tibiarum puncto albo notata.*

*10 ma-* 60. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris flavis punctis  
culata. quinque nigris.

*Habitat in Europa.*

*obscura.* 61. *C. subcylindrica*, thorace nigro, elytris pedibusque ni-  
gris.

*Habitat in Europa.*

*Elytrorum anguli exteriores versus petitus gibbosores sunt,  
ut in Curculionibus.*

\* \* \* \* *Corpo oblongo Thorace angustiore.*

*meridige-* 62. *C. oblonga rubra*, thorace utrinque impresso. *Foua-  
ra.* svec. 425.

*Blank. inf. 91. t. II. f. 3. Valliñ. nat. I. p. 265. t. 32.*

*Merian. inf. 71. Reaum. inf. 3. t. 17. f. 1. 2.*

*Habitat in Lido, Convallaria.*

Nymphae. 63. *C. oblonga fusca*, clytris margin'e prominulo flavescens. *Fn. spec. 444.*  
*Habitat in Nymphaeis.*

Caprea. 64. *C. oblonga*, thorace clytrisque griseis, antennis nigri longis.  
*Fus. spec. 424. Chrysomela nigra*, thorace clytrisque griseis.  
*Habitat in Salicibus.*

maculata. 65. *C. oblonga*, thorace flavo, clytris flavis: maculis duabus nigris remotissimis.  
*C. oblonga fusco lutea*, clytrorum punctis quatuor nigris.  
*Habitat in Europa.*

cyanella. 66. *C. oblonga cærulea*, thorace cylindrico lateribus gibbis.  
*Habitat in Europa.*

punctata. 67. *C. oblonga rufa*, clytris punctis sex, pectore pedum geniculis nigris.  
*Habitat in Europa.*

melanopus. 68. *C. oblonga cærulea*, thorace pedibusque rufis.  
*Habitat in Europa.*

Phellandri. 69. *C. oblonga nigra*, thorace clytrisque lineis duabus longitudinalibus. *Fn. spec. 458.*  
*Habitat in Phellandrio aquatico.*

Asparagi. 70. *C. oblonga*, thorace rubro, punctis duabus nigris, clytris flavis: cruce punctisque quatuor nigris. *Fus. spec. 430.*  
*Frisch. inf. 1. p. 27. t. 6. Ref. inf. 2. scar. 3. p. 11. t. 4.*  
*Habitat in Asparago officinali.*  
*Cervi. Cancarellum Asparagi Vallis. oper. 1. t. 7.*

Cerati. 71. *C. oblongiuscula grisea*: oculis nigris. *Fn. spec. 435. Chrysomela livida*, oculis nigris.  
*Habitat in Europæ Præno Pado.*

sulphurea. 72. *C. oblonga flavo tota*.  
*Habitat in Norvegia. D. C. Solander.*

terrina. 73. *C. oblonga livida*.  
*Habitat in Europa.*  
*Color dorfi constat e pilis vix conspicuis glauco-fuscis.*

74. C.

ceramoides. 74. *C. oblonga nigra*, clytris testaceis, antennis ferratis.  
*Habitat in Europa.*

murina. 75. *C. oblonga nigra*, clytris pedibusque testaceis.  
*Habitat in Europa.*

lurita. 76. *C. oblonga villosa nigra*, clytris testaceis.  
*Habitat in Europa.*

indica. 77. *C. oblonga cyanea*, pedibus longitudine corporis.  
*M. L. U.*  
*Habitat in India.*  
*Magnitudo Scar. scriborarii. Elytra levia. Pedes longiores quam in reliquis.*

elongata. 78. *C. elongata atra*, thorace rubro subvilloso.  
*Habitat in Germania. P. Forstabl.*  
*Hee reliquis longior & a medium angesta ratione congenerum.*

177. CURCULIO. *Antennæ subclavatae*, rostro insidentes.  
*Rostrum cornuum prominens.*

\* *Longirostres femoribus simplicibus.*

Palmæ. 1. *C. longirostris ater*, thorace ovato planiunculo, elytris abbreviatis striatis. *M. L. U.*  
*Rumph. herb. I. p. 79, 83. t. 17. f. G. Coffus Saguaricus.*  
*Pet. gaz. t. 35. f. 5. Merian. Surin. t. 48. f. 3.*  
*Habitat in Indiæ Palmis.*  
*Antennæ apice quasi bisariam truncatae.*

indus. 2. *C. longirostris ater*, thorace subovato excavato-punctato, elytris rugoso-sulcatis, tibiis spinosis. *M. L. U.*  
*Habitat in India.*  
*Magnitudo præcedentis. Rostrum apice bilobum.*

hemipteræ. 3. *C. longirostris obscure purparascens*, elytris abbreviatis maculatis. *M. L. U.*  
*Habitat in India.*  
*Thorax lineis tribus nigris longitudinalibus.*

A 25

4. C.

viola- 4. *C. longirostris violaceus*, proboscide thoracis longi-  
ceus. *C. longirostris violaceus*, proboscide thoracis longi-  
dine. *Fn. svec.* 451.  
*Habitat in Europa.*

Alliariae, 5. *C. longirostris violaceus totus*.  
*Fn. svec.* 468. *Curculio nigro-exarulescens*.  
*Habitat in Erysimo, Alliaria & affinis.*

cyanus. 6. *C. longirostris ater*, elytris violaceis, scutello albo. *Fn.*  
*svec.* 467.  
*Habitat in Europa, imprimis in Salicibus.*

ateri- 7. *C. longirostris ater*, elytris nitidis. *Fn. svec.* 466.  
*Habitat in Europa.*

Cerasi. 8. *C. longirostris ater*, elytris opacis oblongis. *Fn. svec.*  
465. *It. svec.* 355.  
*Habitat in foliis Cerasi & Pyri, epidermidem exedens,*  
*commaculans.*

acridulus. 9. *C. longirostris piceus*, abdome ovato. *Fn. svec.* 463.  
*Habitat in Europa plantis tetradyamiae.*

purpu- 10. *C. longirostris purpureus nitens*. *Fn. svec.* 457.  
*Pet. gaz.* 1. 22. f. 5. *Scarabaeus miniatus minimus*.  
*Lip. legz.* 394.  
*Habitat in Europa.*

frumen- 11. *C. longirostris sanguineus*. *Fn. svec.* 475.  
tarius. *Abr. Stockh.* 1750. p. 186, n. 1.  
*Leuwenh. arc.* 168. aug. 6. p. 83. f. 1.  
*Habitat in Europa frumento.*

granarius. 12. *C. longirostris piceus oblongus*, thorace punctato longitudine elytrorum. *Fn. svec.* 462.  
*Ruf. inf.* 88. *Scarabaeus parvus* sordide f. obscure fulvis,  
proboscide longa deorsum arcuata.  
*Habitat frequens in granulis avenaceis, in mercatorum*  
*tavernis frequens.*

dorsalis. 13. *C. longirostris*, elytris rubris: sutura nigra.  
*Fn. svec.* 475. *Curculio niger*, elytris in medio rufo  
scutellus.  
*Habitat in Floribus.*

*Curculionum longirostrium larva plerique fructu C. femina, brevirostrum non p*  
*llo confundit: ruris ruram canes perforant.*

14. *C.*

melano- 14. *C. longirostris cinereus*, coleoptris fascia cordata su-  
carius. *N. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Multa utraque elytra combinans literam V respicit.*

Pini. 15. *C. longirostris*, elytris testaceis: fasciis nebulosis. *Fn.*  
*svec.* 446.  
*It. ad 20. Curculio subfuscus*, elytris fasciis duabus  
testaceis.  
*Pet. gaz.* 14. t. 8. f. 6. *Curculio norvegicus*.  
6. *Curculio longirostris*, elytris macula ferruginea. *Fn.*  
*svec.* 457.  
*Habitat in Pinis syvestris cortice & resina.*  
*Vidi a ♂ & ♀ copula jundos.*

Rumicis. 16. *C. longirostris griseus nigro-nebulosus oblongus*, pe-  
dibus antennisque subfuscis. *Fn. svec.* 454.  
*Habitat in Rumicibus Lapathis, folia subtus excedendo*  
*maculans.*

Lapathi. 17. *C. longirostris albo nigroque varios muricatus*.  
*Habitat in Rumicibus Lapathis.*

capreus. 18. *C. longirostris obscure æneus*, subtus obscurior.  
*Habitat in Europa.*

sebifer. 19. *C. longirostris cinereus*, pedibus rufis, elytris scabris.  
*Habitat in Europa.*

T. sibicum. 20. *C. longirostris ater*, abdominis lateribus posticisque  
laetescit.  
*Habitat in Westerbothnia. D. Solander.*  
*Major pediculo; ad abdominis latera juxta pedes linea*  
*utrinque alba T literam referens.*

Quercus. 21. *C. longirostris pallide flavus*, oculis nigris. *Uddm.*  
*diff.* 25.  
*Habitat in Quercus Roboris foliis, inter venas majores*  
*subcutaneus, folia maculans. Magnitudo pediculi.*

arator. 22. *C. longirostris testaceus*, coleoptrorum sutura nigra  
repanda.  
*Habitat in Svecia. T. Bergman.*  
*Thorax obscurior lineis 3 flavis. Elytra valde striata*  
*& lineis 3 nigris plerumque interruptis.*

23. *C.*

2-punctata-23. *C. longirostris cinereus*, elytris macula nigra, tibiis fastigatis. *Fn. svec. 470.*

*Habitat in Europa.*

4-maculata-24. *C. longirostris nigricans*, coleoptris maculis quatuor latus. albidis.

*Habitat in Europa.*

5-maculata-25. *C. longirostris griseus*, coleoptris maculis quinque alatis. bidis.

*Habitat in Europa.*

pericaria-26. *C. longirostris subglobosus nebulosus*, coleoptris macula cordata alba. *Fn. svec. 461.*

*Habitat in Scrophulariis cum sequente.*

Scrophularia-27. *C. longirostris subglobosus*, coleoptris maculis duabus atris dorsatibus.

*Fn. svec. 460.* Curculio subglobosus punctis duobus nigris futura longitudinalis coleoptorum, thorace exalbido.

*Lijl. logu. 395.* *Scarabaeus exiguis cinereus*, duabus maculis nigris.

*Reanit. inf. 3. t. 2. f. 12.*

*Habitat in Scrophularia, Verbasco.*

*Larva viscosa excidit fructus, seorsum folliculos subtrahit.*

vittatus. 28. *C. longirostris*, elytris lineis albis luteisque.

*Sloan. jam. 2. p. 210.* *Scarabaeus curculio proboscide longa deorsum arcuata*, elytris fasciis albis & luteis variegatis.

*Habitat in Europa.*

paraplecticus. 29. *C. longirostris cylindricus subcinereus*, elytris mucronatis.

*Fn. svec. 445.* *It. scan. 184.* *Curculio fusca oblongus*, elytris rectis acuminatis.

*Habitat in Phellandrio, Sio.*

*Larva intra caulem sepe sub aqua habet. Equis Paraplegiam cauillari creditur.*

alginus. 30. *C. longirostris subcylindricus levius fuscus punctis proximis adspersus.*

*Habitat Alginia. E. Brander.*

*Statura antecedentis; sed postice minus acutus & subcinerascens.*

Bacchus. 31. *C. longirostris aureus*, rostro plantisque nigris.

*Habitat in Vite.*

Betulae. 32. *C. longirostris*, thorace antrorsum saepe spinoso, corpore viridi aurato, subtus concolor.

*Fn. svec. 486.* *Curculio cæruleo-viridis nitens*, antennis atris.

*Habitat in Betula, Alno.*

*Alter sexus thoracis spinas habet; alter non.*

Populi. 33. *C. longirostris*, thorace antrorsum spinoso, corpore viridi ignito subtus sebastro.

*Habitat in Populo, Corylo.*

*Mas thorace utrinque spinoso, Femina vero non.*

\* \* *Longirostres, saltatorii femoribus posticis crassis.*

Alni. 34. *C. longirostris*, pedibus saltatoriis, elytris lividis: maculis duabus obscuris.

*Fn. svec. 473.* *Curculio lividus*, coleoptris maculis quatuor obscuris.

*Habitat in Alno Betulae.*

Salicis. 35. *C. longirostris*, pedibus saltatoriis, elytris atris: fasciis duabus albis.

*Habitat in Salicis floribus.*

Fagi. 36. *C. longirostris*, pedibus saltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis. *Fn. svec. 469.* *It. scan. 111.*

*Habitat in Fagi foliis.*

Segetis. 37. *C. longirostris*, pedibus saltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis. *Fn. svec. 464.*

*Habitat in agris super spicas.*

\* \* \* *Longirostres femoribus dentatis.*

Pomorum. 38. *C. longirostris*, femoribus anticis dentatis, corpore griseo nebuloso. *Fn. svec. 458.*

*Frisch. inf. 1. p. 32. t. 8.* *Curculio in floribus arborum.*

*Habitat in Floribus Pomorum.*

ovatus. 39. *C. longirostris*, femoribus omnibus dentatis, corpore ovato nigro albo-maculato.

*Habitat in Europa.*

carbonatus. 40. *C. longirostris*, femoribus omnibus dentatis, corpore nigro elongato, elytris nitidis.

*Habitat in Europa. D. C. Solander.*

mucosus. 41. *C. longirostris*, femoribus quatuor anterioribus dentatis, elytris palline flavocentibus supra apicem gibbosis. M. L. U.

*Habitat in India.*

pulio. 42. *C. longirostris*, femoribus quatuor posterioribus dentatis, elytris nigris striatis linea repanda guttula. M. L. U.

*Habitat in Indiis.*

*Linea guttula repanda in singulo elytro longitudinaliter excavata.*

vaginalis. 43. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris striatis: vittis punctis juxta apicem mucronatis. M. L. U.

*Habitat in America, Surinami.*

*Thoracis fossula pro rostro. Elytrorum stria ex punctis vittatis.*

stigma. 44. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris macula ferruginea. M. L. U.

*Habitat in Indiis.*

*Fossa later pedes pro rostri receptione, ut in anterius.*

depressus. 45. *C. longirostris*, femoribus dentatis, thorace depresso laterioris obtuse angulato. M. L. U.

*Habitat in America.*

*Corpus griseum punctis nigris glabris prominulis.*

annulatus. 46. *C. longirostris*, femoribus dentatis, thorace elytrisque falcis linearibus nigris. M. L. U.

*Habitat in Indiis.*

*Thorax linea unica, elytra duabus cinguntur; oculi nubis alba.*

dispar. 47. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris emarginatis rubro-striatis. M. L. U.

*Habitat in Indiis.*

*Antennae filiformes. Corpus nigrum. Femina rostro brevi valde forcipato.*

spchora- 48. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris flavo fuliginoso, thorace elongato. M. L. U.

*Habitat in Indiis.*

*Thorax longitudine sepe abdominis, unde stridula singularis, & rostrum longitudine thoraci.*

Abietis. 49. *C. longirostris*, elytris fasciis: fasciis duabus linearibus interrupitis griseis; femoribus dentatis.

*En. spec. 447. It. et. 26. C. subfuscus.*

*Pet. gaz. 14. t. 8. f. 6. C. norvegicus.*

*Habitat in Pinis sylvestris Cortice & resina.*

germanus. 50. *C. longirostris*, femoribus subdentatis, corpore ovato nigro punctis testaceis adiperto.

*Habitat in Germania. P. Forstabl.*

*Inter maximos Europaeos. Rostrum crassissimum. Thorax subrotundus utrinque punctis 3 ferrugineis. Coleoptera abdomen tegentia, ovata, nigra punctis ferrugineis adspersa. Femora postica obsoletus dentata; anteriora 4 mucica cum rudimento dentis. Similis C. pini.*

Nucum. 51. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore griseo longitudine rottri.

*Uddm. diff. 24. Curculio ovatus griseus, rostro filiformi longitudine corporis.*

*Rof. inf. Juppi. 385. t. 67. f. 5. 6.*

*Habitat in Nucibus Coryli Abellanae.*

spontaneus. 52. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris futura albata, maculisque duabus.

*Habitat in Europa.*

ripidus. 53. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore sulcato adiperto squamis erexitis.

*Habitat in Europa.*

tediro- 54. *C. longirostris*, femoribus dentatis, rostro rubro, elytris obsolete fasciatis.

*Habitat in Europa.*

piceola- 55. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore rubro, elytris albido-fasciatis.

*Habitat in Europa.*

## INSECTA COLEOPTERA. Curculio.

\* \* \* \* *Brevirostris femoribus dentatis.*

Ligustici. 56. *C. brevirostris*, femoribus subdentatis, abdomine subovato marino.

*Habitat in Ligulico Levillico.*

Pyri. 57. *C. brevirostris*, femoribus dentatis, aeneo-fuscus. *Fa. svec. 449.*

*Fa. svec. 455. It. sc. 355. Curculio viridis opacus, pedibus antennisque magis naticis.*

*Habitat in Pyri foliis.*

oblongus. 58. *C. brevirostris oblongus*, femoribus dentatis, antennis clytris pedibusque ferrugineis

*Habitat in Svecia. D. C. Solander.*

*Magnitudo Dermestidi.*

argenteatus. 59. *C. brevirostris*, femoribus dentatis, corpore viridi argentato. *Fa. svec. 449.*

*Fa. svec. 459. Curculio femoribus omnibus denticulo notari, corpore viridi oblongo.*

*Habitat in Europa Urtica.*

ovatus. 60. *C. brevirostris*, femoribus dentatis, abdomine ovato nigro, pedibus antennisque rufis.

*Habitat in Europa.*

cervinus. 61. *C. brevirostris*, femoribus dentatis, antennis basi rufescensibus.

*Habitat in Europa.*

\* \* \* \* *Brevirostris femoribus muticis.*

argyreus. 62. *C. brevirostris*, femoribus submuticis, corpore tete viridi-argenteo-alrecoque maculato. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Facies C. argentati. Sub femoribus primoribus fissa & solata.*

viridis. 63. *C. brevirostris*, femoribus muticis, corpore viridi supra obscurio, subtus flavidior.

*Habitat in Europa.*

*Magnitudo & statuta C. Pyri, supra totus e viridi fuscus, subtus e flavo viridi, quo colore etiam latera elytrorum lucent. Antennae & Pedes nigri.*

## INSECTA COLEOPTERA. Curculio.

femoribus. 64. *C. brevirostris*, femoribus muticis, corpore luteo viridi-nitente, elytris spinis ipsis. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Elytra singula in dorso protuberant spinis quinque.*

reflexor. 65. *C. brevirostris*, femoribus muticis, corpore atro, thorace bituberculato, antennis rubris.

*Habitat in Europa.*

albinus. 66. *C. brevirostris niger*, fronte anoque albis, thorace tuberculato.

*Uddam. dif. 27. Curculio niger, aculeis thoracis tribus, elytrorum sex.*

*Habitat in Europa.*

*Color fere Carensis Lapathi.*

lineatus. 67. *C. brevirostris* griseus, thorace striis tribus pallidioribus.

*Fa. svec. 450.*

*Habitat in Europa.*

incanus. 68. *C. brevirostris* cinereus oblongus, clytris obtusifolis.

*Fa. svec. 452.*

*Habitat in Europa.*

cleropus. 69. *C. brevirostris* niger, antennis tibialisque ferrugineis.

*Habitat in Europa.*

*Magnitudo Paucis.*

rufipes. 70. *C. brevirostris* cinereus oblongus, pedibus rufis. *Fa. svec. 453.*

*Habitat in Europa.*

nebulosus. 71. *C. brevirostris* oblongus canus, clytris fasciis obliquis nigris.

*Fa. svec. 448. Curculio albo nigroque varius, proboscide planiuscula carinata thoracis longitudine.*

*Frisch. inf. 11. p. 32. t. 23. f. 3.*

*Habitat in Europa.*

ater. 72. *C. brevirostris* oblongus ater, antennis rufis.

*Habitat in Europa.*

emeritus. 73. *C. brevirostris* niger, thorace elytrisque spinosis, fronte excavata. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Facies triflisis aranei. Elytra adspersa verrucis pilosis.  
Abdomen multum elytris teatum.*

*barbarus.* 74. *C. brevirostris ater, thorace subspinoso, elytris angulo  
duplici ciliato.*

*Habitat Algiria. Brander.*

*M. magnitudo jere Scarabaei sacerorarii. Corpus rotundatum  
rimam. Caput, Thorax, Pedes, Pedes punctis excava-  
tis aibero. Elytra emarginatae debiliter, ad latera  
inferiora punctis gibis adspersa; supra in fragilo li-  
neac due elevatae punctis marginatae. Thorax ante  
excavatus; ad latera quasi finis rotundata utriusque  
notabilis.*

*cornutus.* 75. *C. brevirostris cinereus, thorace elytrisque subspinosis,  
capite cornuto. M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Capit angulo utrinque supra antennas & alio utrinque  
supra basim; elytra quasi echinata punctis cum juga-  
lo pilorum aibecto.*

*16-pun- 76. C. brevirostris caeruleocephalus, thorace punctis nigris qua-  
titatis. etatus.* 76. *C. brevirostris caeruleocephalus, thorace punctis nigris qua-  
titatis, coleopteris duodecim. M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Magnitudo Crabronis. Caput sulco notatum. Abdomen  
etiam fimbria una alterare macula nigra.*

*granula- 77. C. brevirostris viridis striatus punctis nigris elevatis.  
tus.* 77. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Magnitudo Scar. sacerorarii.*

*abbrevia- 78. C. brevirostris subfuscus, elytris griseis: striis atris gla-  
tibus elevatis abbreviatis. M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Elytra griseo sellere quasi obducta prater strias & mar-  
ginem.*

*chinen- 79. C. brevirostris griseus, elytris abbreviatis, antennis pe-  
nis.* 79. *Antennis, pedice also.*

*Habitat in His omnis generi, e China ellatis.*

*apterus.* 80. *C. brevirostris, pedibus nuncis, corpore atro, thorace  
ispino. elytris coadunatis, abdomine punctato.*

*Habitat in India. De Geer.*

*Maxi-*

*Maximus. Thorax punctatus cruce quasi inflatus. Ab-  
domen fimbria tritacum rubro punctatum. Corpus  
nigrum.*

178. ATTELABUS. *Caput postice attenuatum, in-  
clivatum.*

*Antennae apicem versus cras-  
siores.*

*Coryli.* 1. *A. niger, elytris rubris.*

*Fn. spec. 476. It. al. 53. Curculio niger, elytris rubris,  
capite postice elongato.*

*Habitat in foliis Coryli, que in cylindrum convolut &  
utrinque claudit.*

2. *A. elytris apice bidentatis.*

*Habitat Suriuani. Rolander.*

*Similis A. pensylvanicus, minor A. coryli. Caput & Tho-  
rax nigra. Antennae also secoque annulatae. Pedes  
ferruginei: Femora annulo basico aib. Elytra suja,  
striata, apice bidentata.*

3. *A. niger, elytris rubris: fascia media apicisque nigro.*

*Habitat in Philadelphia. Kalot.*

*Statura praeceps vixino, sed alias & minor. Ca-  
put depresso, nigrum, postice elongatum, maxillis  
rufis. Antennae formae, vittate, basi flave scintentes.  
Thorax oblongus, niger, glaber. Elytra rufa, fascia  
in medio nigra & una ad apicem. Pedes rufi.*

4. *A. pedibus saltatoris, corpore toto atro.*

*Habitat in Betulae foliis, que palebre crispa rodendo red-  
dit. Rolander.*

5. *A. niger, elytris fascia duplice alba basi rubris. Fann.  
ius.* 5. *spec. 477.*

*Zonf. inf. . t. 15. Liss. mat. t. 31. f. 1.*

*Raj. inf. 102. n. 29.*

*Habitat in Europa.*

6. *A. viridis, elytris fascia duplice flavo interrupta, thora-  
ce hirsuto. M. L. U.*

*Bb 2*

*Habi-*

## INSECTA COLEOPTERA. Attelabus.

*Habitat in Sippio. Hasselvist.  
Statura & magnitudo A. formicarii.*

spinosus. 7. *A. ceruleocephalus*, elytris rubris, fasciis tribus nigris.  
*Spania, b. n. t. 26. f. 3. Reaum. inf. 6. t. 8. f. 10.*

*Habitat in Germania. P. Verfaill  
Fasciæ A. formicarii, sed dapsi major. Corpus tetum  
aer-caruleocephalus, sed Carne & Tegorax pilis nigris præ-  
beventis. Pedes & abdome nitidius carafeccata, ut & femora postica, quæ longiora. Elytra rufa,  
ut & femora postica, quæ longiora. Elytra rufa,  
fasciis tribus nigre repandis ariis; quarum pri-  
mæ marginem lateralem attingit; postrema in i. la-  
ce elytri, caruleocephalus. Antennæ nigrae, clavatae.*

moellus. 8. *A. griseus pubescens*, elytris fasciis tribus pallidis.  
*Uddin. diff. 28. t. 1. f. 9. Cuculus oblongus ruber,  
elytris nigris; fascia triplici albicante.  
Habitat in Europa.*

Cerme- 9. *A. ater*, elytris rugosis.  
bolatus. *Uddin. diff. 26. t. 1. f. 1. Cuculus maximus ater ob-  
longus, elytris irregulariter reticulatis.  
Habitat in Boleto fomentario.*

Bupre- 10. *A. ater*, elytris nervosis, thorace subgloboso.  
noides. *Fa. nec. 5'4. Buprestis ater.  
Habitat in Europa.*

179. CERAMBYX. *Antennæ attenuatæ.*  
*Thorax spinosus aut gibbus.  
Elytra linearia.*

\* *Thorace spinis lateralibus mobilibus.*

longim- 1. *C. thorace spinis mobilibus*, elytris basi unidentatis spi-  
nibus. ceque bidentatis, antennæ longioribus.  
*Sloan. jam. 2. p. 209. Scarabæus Capricornus maximus  
nigricans, latèl. elytorum coccineis & flavis.  
Grew. mus. 163. t. 13. Merian. Juris. t. 28.  
Vincent. mus. t. 1. fig. infim. media.  
Ruf. inf. 2. scarab. 2. p. 11. t. 1. f. 4.  
Habitat in America.  
In altero sexu tibis antice longissime, ut in Scar. longi-  
manc.*

z. C.

## INSECTA COLEOPTERA. Cerambyx.

389

nochlea. 2. *C. thorace spinis mobilibus*, elytris fusco canoque variis:  
ib. penicilis crev. s.  
*Habitat in India. De Geer.*

\* \* *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cervicornis. 3. *C. thorace marginato dentato*, maxillis porrectis corni-  
fornicis utriusque spinosis, antennæ brevioribus.  
*Sloan. 2. t. 237. f. 6. Merian. Juris. t. 48.  
Ruf. inf. 2. scarab. 2. p. 12. t. 1. f. 13. Pet. gaz. t. 4. f. 8.  
Brown. jam. 420. t. 44. f. 8.  
Habitat in America  
Anteane corpore breviores. Thoracis dentes 3 validi.  
Elytra lineata.*

coriarius. 4. *C. thorace marginato-dentato*, corpore picco, elytris nu-  
cicatis, ant. unis corpore brevioribus.  
*Fa. nec. 420. Cerambyx niger, thorace p. in sculo:  
marginie ut. inque tridentato, coleoptris piccis.  
Ruf. inf. 2. scarab. 2. t. 1. f. 1. 2.  
Gask. sat. 79. Cerambyx cinereo nigricans, antennæ &  
pedibus rotis.  
Habitat in Betulis patridis.  
Mas utrinque thorace unidentato, Femina tridentato.*

cinnamomeus. 5. *C. thorace marginato denticulato*, corpore ferrugineo;  
elytris macrostichis.  
*Merian. 2. t. 24. f. 1. 2.  
Habitat in Amer. a.  
Tigracis denticulæ lateralis posticus validior. Elytra cor-  
iore cor. cinnamoni.*

ferrugineus. 6. *C. thorace utinque bidentato*, elytris bidentatis viridi-  
bus linea lutea.  
*Habitat in America. Rolander.  
Thorax rubro nigroze variat, Antennæ basi rubre, vix  
corpore longiores. Elytra apice divaricata, virida, flava  
duplici elevata; Linea longitudinalis linea juxta mar-  
ginem exteriorem.*

lineatus. 7. *C. thorace marginato dentato*, elytris nigris lineis albis,  
antennæ compressis brevioribus.  
*Sloan. jam. 2. p. 209 t. 237. f. 34.  
Brown. jam. 420. t. 43. f. 7.  
Habitat in Jamaica.*

B b 3

8. C.

## 390 INSECTA COLEOPTERA. Cerambyx.

spinifer. 8. C. thorace marginato subcrenulato, capite sub maxillis  
bis. Elytro scabro, antennis brevioribus.

*Habitat in America.*

*Corpus nigrum. Antennae corpore breviores.*

\* \* \* Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.

Rarus. 9. C. thorace spinoso rugoso, clytris bidentatis, antennis  
longis uncinato-aculeatis. M. L. U.

*Mug. citr. 642 n. 154. Capricornus niger cornutus.*

*Habitat in Indiis.*

*Antennae articulis 1-5 saltus aculeo recurvo armatis.*

Rarus. 10. C. thorace spinoso, antennis subtus aculeatis, clytris  
bicarinatis peniculis quatuor albis.

*Habitat in India. De Geer.*

*Thorax striatus spina fixa, subtus linea alba.*

*Elytra lacia, basi punctis rugosis, apice bidentata.*

ferrugineus. 11. C. thorace spinoso rugoso, clytris fastigiatis subferrugi-

nous, antennis longis.

*Habenai in India.*

Santis. 12. C. thorace spinoso laevi, clytris fastigiatis biguttatis,  
antennis subtus aculeatis longioribus.

*Habitat in India.*

*Antennae corpore sesquiongiores. Corpus griseum. Elytra  
antice punctis elevatis subscabra. Maculae duas albae  
parvae longitudinalis. Linea alba ab antennis per late-  
ram thoracis & abdominis versus anum ducta.*

farinosus. 13. C. thorace spinoso niger, clytris punctis albis spar-

farinosis.

*America. Jurin. t. 24. f. infima.*

*Habitat in America. De Geer.*

depressus. 14. C. thorace quadrifino, dorso depresso, clytris ne-

bulosis: antice punctis elevatis sparsis.

*Habitat in India. De Geer.*

glaucus. 15. C. thorace quinquepinoso glaucus, clytris muricatis  
latere fasciaque nigris, antennis longioribus.

*Habitat in America. Rolander.*

*Infectum supra alido-glaucum, subtus fuscum. Tho-*

*rax supra spinis 4 & quinto in medio posterius. Elytris*

*truncata, unidentata, antice cebinato-muricata, late-  
ribus nigra cum lineola, postice quasi fascia elytra secان-  
te. Amenuæ corpore vix duplo longiores.*

lamed. 16. C. thorace spinoso pubescente, clytris fastigiatis lividis,  
fascia obscura longitudinali flexuosa, antennis brevioribus.

*Fn. spec. 498. Leptura nigra, clytris nigricante livido-  
que varis.*

*Habitat in Europa.*

debulo- 17. C. thorace spinoso, clytris fastigiatis punctis que  
sus. nigris, antennis corpore longioribus. Fn. spec. 483. It.  
gal. 273.

*Habitat in Abietum truncis.*

hispidus. 18. C. thorace spinoso, clytris subpræmoris, punctisque  
tribus hispidis, antennis hirtis longioribus.

*Fn. spec. 484. t. 1. Cerambyx cinereus, clytris præmor-  
sis nigris fasciaque alba, antennis sesquiongioribus.*

*Habitat in Europa.*

desertus. 19. C. thorace spinoso albo-lineato, clytris bidentatis albo  
fasciatis, antennis longioribus. M. L. U.

*Habitat in America.*

*Thorax lineis 5 albis, quarum laterales sub thoracis mar-  
gine sunt.*

succinatus. 20. C. thorace bispinoso rugoso, clytris fastigiatis fascia fla-  
va, antennis longioribus compressis. M. L. U.

*Habitat in America.*

virens. 21. C. thorace spinoso, clytris obtusis, corpore viridi, an-  
tennis longioribus, femoribus unidentatis. M. L. U.

*Sloan. jam. 2. . . t. 237. f. 39. 40.*

*Brown. jam. 430. t. 43. f. 8.*

*Habitat in India.*

moscha-tus. 22. C. thorace spinoso, clytris obtusis viridibus nitentibus,  
femoribus muticis, antennis mediocribus.

*Fn. spec. 478. Cerambyx viridi cæruleifrons, antennis  
corpus subæquantibus.*

Cerambycis Larvae ligna edunt, perforant, perforant,

Mouff.

*Monsf. inf. 133. f. ultima.* *Frisch. inf. 13. t. 11.*  
*Raf. inf. 31. n. 17.*  
*Habitat in Europa.*

- alpinus. 23. C. thorace spinoso, coleoptris obtusis fascia maculisque quatuor atris, antennis longis.  
*Ib. scan. 260.* *Cerambyx subcaruicicens,* fascia maculisque 4 nigris.  
*Zonft. inf. t. 15. f. 3.* *Rob. ic. 8.*  
*Schenck. itin. 1. t. 1. f. 5.*  
*Habitat in Helvetia.*

- edulis. 24. C. thorace spinoso: punctis quatuor luteis, clytris obtusis nebulosis, antennis longissimis.  
*Fa. suec. 479.* *It. al. 8.* *Cerambyx nebulosus,* antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.  
*Pet. gaz. t. 8. f. 8.* *Capricornus ruflicus.*  
*Bleß. inf. 151. f. 2.* *Frisch. inf. 13. t. 12.*  
*Habitat in truncis arborum Europeæ.*

- futor. 25. C. thorace spinoso, clytris obtusis atris subnebulosis, scutello pallido, antennis longissimis.  
*Fa. suec. 481.* *Cerambyx ater,* clytris punctatis maculis pallidis sparsis, antennis corpore longioribus; thorace spinoso.  
*Godd. diff. 27.* *Cerambyx nigro nebulosus,* scutello pallido, clytris fusco aeneis.  
*Habitat in Europa.*

- cerdo. 26. C. thorace spinoso rugoso nudo, corpore nigro, antennis longis: articulis quatuor primis clavatis.  
*Habitat in Italia.* *M. Käbler. in Germania.* *Forschl.*  
*Statura praecedens; corpus & artus nigra. Elytra apice pallidiora s. picea. Antennæ corpore longiori: articulis 4 primis brevioribus clavatis s. apice rotundatis; rhinuis compressis.*

- textor. 27. C. thorace spinoso, clytris obtusis convexis atris, antennis mediocribus.  
*Uddo. diff. n. 29.* *Cerambyx fordide niger,* punctis elevatis sparsis, antennis crassis corporis longitudinem subaequantes.  
*Habitat in Europa.*

28. C.

28. C. thorace subspinoso niger, clytris cinerascentibus, antennis brevioribus.

*Habitat in Germania.* *P. Forschl.*

*Minor Apic; totas atro. Autem vix corporis longitudo. Thorax rotundatus, parce spinosus. Elytra minus acuta; rure cinereo fodiido inquinata.*

- coquus. 29. C. thorace subspinoso hirsuto, clytris obtusis sulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.  
*Habitat in Canada.* *Kalm.*  
*Spinae thoracis villosi potius digitis quam oculis observantur.*

- cursor. 30. C. thorace spinoso, clytris obtusis rufis marginie linearique nigris, antennis mediocribus.  
*Fa. suec. 481.* *Cerambyx rufus,* coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.  
*Habitat in Europa.*

- käbleri. 31. C. thorace spinoso niger, thorace elytrisque macula magna nigra.  
*Habitat in Italia.* *M. Käbler.*  
*Magnitudo media. Corpus & artus nigra. Thorax sanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra. Elytra sanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque clytro communis, a medio ad apices fere extensa. Femora apice emarginata, acuta. Antennæ vix corporis longitudo.*

- inquisitor. 32. C. thorace spinoso, elytris nebulosis fusco subfasciatis, antennis corpore brevioribus.  
*Fa. suec. 485.* *Cerambyx cinereus nigro nebulosus,* antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.  
*Frisch. inf. 13. t. 14.*  
*6. Fa. suec. 486.* *Cerambyx cinereus coleoptris fasciis duabus flavis,* antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.  
*Habitat in Europa.*

- for. 33. C. thorace spinoso gibboso, coleoptris ovatis: fascia duplice albida, antennis filiformibus mediocribus.  
*Fa. suec. 487.* *Cerambyx testaceus,* elytrorum fascia duplice albida, thorace spinoso.

B b 5

*Habi-*

*Antennæ breves, qua corpore breviori; stolae ex qua longitudine corporis; Longe qua corpore longiores sunt, nobis dicuntur.*

## INSECTA COLEOPTERA. Cerambyx.

*Habitat in herbariis, insectorum collectionibus, atibus exsecatis, pellibus, utensilibus, culinis, pessimum noctis hoffes.*

*Genere anceps vobis Antennas filiformes & quod caput Dermestidis more intra thoracem retrahat incurvatum.*

\* \* \* \* Thorace incruci subcylindrico.

carcha- 34. *C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus.* Fn. svec. 493.  
rbus. *Ged. inf. 2. t. 51. Lits. ged. f. 106.*  
*Pit. gaz. t. 2. f. 1.*  
*Habitat in Europa.*

scalaris. 35. *C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus.* Faun. svec. 494.  
*Habitat in Europa.*  
*Variat linea cærulefcente loco f. v. a.*

popu- 36. *C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.*  
lucus. *Gadd sat. 79. Cerambyx fuscus cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.*  
*Habitat in Europa.*

cylindri- 37. *C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fa-  
eus. fligatis nigris, pedibus anticis pallidis.*  
*Raf. inf. 2. scarab. 2. t. 3.*  
*Habitat in Europa.*  
*Antenne vix corpore longiores.*

oculatus. 38. *C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.*  
*Uddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigris cinereis punctis excavatis nigris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Antenne mediores.*

zonarius. 39. *C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtutis fuscis: fascia linearis albida.*  
*M. L. U.*  
*Habitat in America.*

## INSECTA COLEOPTERA. Cerambyx.

\* \* \* \* \* Thorace incruci subrotundo s. ex globo de-  
presso.

sem- 40. *C. thorace mutico subovali, corpore lurido fuscō, cor. antennis compressis serratis mediocribus.*

*Habitat in Europa.*

rulicus. 41. *C. thorace mutico subrotundo nudo, corpore lurido, antennais brevioribus subulatis.*

: *Fn. svec. 492. Cerambyx fuscus, punctis thoracini impressis.*

*Habitat in Europa.*

temora- 42. *C. thorace incruci subrotundo, corpore atro, femori-  
bus rubeis, antennis mediocribus.*

*Habitat in Germania.*

*Sequenti dimidio minor, angustior; sola femora rubra.  
Antenne vix corporis longitudine.*

viola- 43. *C. thorace mutico subrotundo, corpore violaceo, an-  
teennis mediocribus.*

*Fn. svec. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis ni-  
gris, femoribus clavatis.*

*Gadd diff. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, ely-  
tris cærulefcentibus.*

*Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 1.*

*Habitat in Europa.*

auratus. 44. *C. thorace dente lateralī depresso viridi-auratus, an-  
tennis nigris, femoribus positiis cæruleis.*

*Habitat in America. Rolander.*

*Similis C. violaceo. Caput & Thorax viridi-aurata.*

*Dens thoracis utrinque posuisse a basi sinus excavatus. Elytra rubro-viridi-aurata. Antennæ nigre, vix corpore longiores. Abdomen & totum corpus subitus viridi-aneum. Pedes purpurei: Femora positi caerulea.*

sigmate. 45. *C. thorace submutico subrotundo excavato punctato,  
corpore atro, elytris levibus: sigmate albo.*

*Habitat in America. Rolander.*

*Totus niger. Thorax kemiphricus, submarginatus, pun-  
ctis numerosis excavatus, posuisse ad angulum latera-  
lem vix dentibus duobus utrinque excavatus. Scutel-  
lam levem, longius quam in reliuis. Elytra levia,  
nigra,*

*nigra, singula pone scutellum lineola extorsum obliqua alba.*

Ariatus. 46. *C. thorace rotundato, corpore nigro, elytris striatis, antennis brevioribus.*  
*Habitat in Europa.*

testaceus. 47. *C. thorace rotundato glabro, corpore tenui, antennis mediocribus.*  
*In. svec. 491.*  
*Habitat in Europa.*

bajulus. 48. *C. thorace rotundato villoso, tuberculis duobus, antennis brevioribus.*  
*In. svec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villoso cinereo, punctis duobus glabris.*  
*Frisch. inv. 13. t. 10.*

B. *In. svec. 493. Cerambyx testaceus, thorace villoso cinereo lineolis deaous glabris.*  
*Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalm.*

fennicus. 49. *C. thorace rotundato tuberculato, elytris falcis duabus undulatis, antennis submediocribus.*  
*Uddn. diff. 32. Cerambyx elytris nigro carunculis apice abdominali ferrugineo.*  
*Habitat in Europa.*

undatus. 50. *C. thorace rotundato tuberculato, elytris falcis duabus undulatis, antennis submediocribus.*  
*In. svec. 488.*  
*Habitat in Europa.*

sanguineus. 51. *C. thorace rotundato elytrisque sanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.*  
*Habitat Upaliæ in parietibus. Isac. Uddman.*  
*Statura omnino C. bajulus, at Thorax supra Scutellum. Elytra, Anns omnino sanguineæ, tomento vix confusæ; reliqua atra. Thorax supra magis lateribus aerejus, quam bajulus.*

caeruleus. 52. *C. thorace rotundato, corporeque nigro, elytris antennis pedionisque ferrugineis, antennis brevioribus.*  
*Habitat in Svecia.*  
*Magnitudo C. undati, sed paulo angustior. Femora propterea nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennæ corpore brevioribus. Amissis C. russico, sed minor.*

180. LEPTURA. *Antennæ feraceæ.*

*Elytra apicem versus attenuata.*  
*Thorax teretiufculus.*

*Ræf. inf. 1. phal. 2. t. 34.*

*Habitat in Soncho, Humulo.*

*Larva nuda, viridis gibberibus 2 dorfi & 1 ani fascis.*  
*Striga thoracis reflexa, alta, pallida. Ale superiores*  
*griseo-cinereæ arcu ferrugineo in ala antica & po-*  
*stica. Maculae tres interjectæ glauce, quarum duæ*  
*versus marginem lateralem.*

- pyramideo. 119. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis fuscis: superioribus strigis tribus flavecentibus repandis. †  
*Mer. eur.* 2. p. 23. t. 9. *Rof. inf.* 1. *phal.* 2. t. 11.  
*Reaum. inf.* 1. t. 15. f. 1-5.  
*Habitat in Ptno, Juglaude, Quercu.*  
*Larva posse conico-grava, nuda, viridis linea dorso-  
 lava, laterali alba.*  
*Audom. 1<sup>o</sup> halæna ad latera punctis 3 s. 4 aliis nota-  
 tur, ut in P. C nigra.*

- flavicornis. 120. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis superioribus cinea-  
 sis: strigis tribus atris, antennis luteis.  
*Habitat in Svecia.* T. Bergman.

- leucomæ. 121. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis nigricante nubulo-  
 las. sis; inferioribus niveis posse fascia lata nigra.  
*Habitat in Europa.*  
*Ale inferiores a medio ad basin lacteæ, a medio versus  
 apicem nigra, sed apice ipso albicans.*

- typica. 122. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis deflexis fuscescen-  
 tibus: macula reniformi, strigis pallidis reticulatis.  
*Rof. inf.* 2. *phal.* 2. t. 56. *Mer. eur.* t. 81?  
*Habitat in Salice.*  
*Larva viridis, nuda, grisea, lineis lateralibus flavis.*

- lucipara. 123. P. *Noctua spirilinguis cristata*: alis purpurascen-  
 tibus: fascia nigra macula postica flava.  
*Habitat in Europa.*

- Delphini. 124. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis deflexis purpara-  
 ntibus: fasciis duabus flavecentibus; inferioribus  
 obscuris. †  
*Mer. eur.* 1. t. 40. *Rof. inf.* 1. *phal.* 2. t. 12.  
*Wilk. pap.* 3. t. 1. a. 4.  
*Habitat in Delphinio.*  
*Larva nuda, flavescentia, nigro-punctata.*

- citrago. 125. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis deflexis luteis:  
 superioribus fasciis tribus ferrugineis obliquis.  
*Alior. inf.* t. 33. *Wilk. inf.* 5. t. 1. a. 8.  
*Habitat in Pado, Salice.*  
*Larva nuda, fusca, lateribus flava.*

126. P.

Superedere certas purissimas species cinereiorum, nec non minutissimorum, facit  
 etiam Authorum picturam, notas, sed nisi optis verbis non indigitandas,

- Secalis. 126. P. *Noctua spirilinguis cristata*, alis deflexis: superio-  
 ribus griseo-fuscis striatis: macula reniformi A latino.  
*Roland. Act. Stockb.* 1752. p. 62.  
*Habitat intra culmos Secalis, consumta intra vaginam folii  
 parte culmi, migrat in aliam plantam, unde spica alba.*  
\* 3 \* GEOMETRÆ pedinatae, alis posticis subangulatis.

- Iactaria. 127. P. *Geometra pectinicornis*, alis angulatis albis im-  
 maculatis, antennis apice setaceis.  
*Fn. svæc.* 865.  
*Habitat in Europa.*

- falcatoria. 128. P. *Geometra pectinicornis*, alis falcatis glaucis: an-  
 ticipis undis fasciaque griseis puncto fuso.  
*De Geer inf.* 1. t. 24. f. 7.  
*Habitat in Betula alba, Alno.*  
*Mas puncto ferrugineo in medio ale juxta fasciam, quo  
 semina caret. Larva est coarctata uti Lacertina-  
 ræ.* Bergman.

- Sambuca. 129. P. *Geometra pectinicornis*, alis caudato-angulatis fave-  
 scens lineis duabus; posticis apicibus bipunctatis.  
*Gæd. inf.* 2. t. 34. *Alb. inf.* t. 94.  
*Lift. gæd.* f. 10. *Rof. inf.* 1. *phal.* 3. t. 6.  
*Pet. gaz.* t. 51. f. 6. *Wilk. pap.* 38. t. 1. b. 2.  
*Rof. inf.* 177. n. 9.  
*Habitat in Sambuco.*  
*Larva geometra, lavis, pulla.*

- Jacertia. 130. P. *Geometra pectinicornis*, alis erosis lutescentibus  
 postice saturationibus: lineis duabus puncto fuscis.  
*ria.* *De Geer inf.* 1. t. 10. f. 7, 8.  
*Alb. inf.* 65. *Wilk. pap.* 14. t. 1. e. 3.  
*Reaum. inf.* 2. t. 22. f. 4, 6. *Habitat in Quercu.*  
*Larva cunda simplici, apoda, Vinula affinis, nuda, ru-  
 bra, dorso angulato.*

- Alniaria. 131. P. *Geometra pectinicornis*, alis erosis flavis: strigis  
 duabus fuscis. *Fn. svæc.* 834.

Kk 4

De

Geometrarum Larvae pedibus pectoralibus 6, tarsalibus 2, subtendilibus 2 plere-  
 que infirmatur, vix incident ferre uti Placides; 3 quiescent crede; baculum  
 pectinicornium Larvae imprimis referunt ita caput ultimum cui infundit, at  
 difficile ab eo distinguatur.

*De Geer inf. I. t. 10. f. 13, 14.  
Raf. inf. I. phal. 3. t. 1?  
Habitat in Alno.*

Syringa- 132. P. *Geometra pectinicornis*, alis suberosis: omnibus griseo-flavescensibus, iridis repandis punctisque duabus fuscis. +  
*Raf. inf. I. phal. 3. t. 10.  
Wilk. pap. 39. t. 1. b. 6.  
Habitat in Syringa, Jasmino.  
Larva glanco luteoque varia, dorso aculeata, spinaginea lutea curva.*

Frunaria- 133. P. *Geometra pectinicornis*, alis subdentatis luteis fusco-pulverulentis: anticis lunula fusca.  
*Wilk. pap. 40. t. 1, 6, 8. f. 1, 2. Uddm. diff. 69.  
Alb. inf. 42. t. 69.  
Habitat in Pruno spinosa.  
Larva geometra, ferruginea, dorso antice posticeque spinis 2.  
Mas alis luteis, Femina flavis.*

\*\* GEOMETRA pectinicornis, Alis rotundatis.

Piniaria. 134. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus fuscis: disco bimaculato-albo: subitus nebuloso-subfasciatis.  
*Fn. svec. 839. Uddm. diff. 64.  
Habitat in Pinu.*

Tillaria. 135. P. *Geometra pectinicornis*, alis lutescentibus erigatis: subitus nebuloso-fasciatis linea alba interrupta.  
*Fn. svec. 818.  
Ream. inf. 2. t. 28. f. 6.  
Habitat in Tilia.*

vulpina- 136. P. *Geometra pectinicornis*, alis anticis flavescensibus lunula ferruginea marginibusque rubris; subitus fuscis.  
*Fn. svec. 837.  
Robert. ic. t. 30. f. 1. Raj. inf. 228. n. 75.  
Habitat in Gramine.*

clingua- 137. P. *Geometra pectinicornis*, alis flavis: anticis fascia lata lutea; medio puncto nigro.

Raf.

Geometrarum pectinicornium feminæ pieraque antecanis simpliciter setaceis sunt, profunde fossæ complectæ, atque leviter,

*Raf. inf. I. phal. 3. t. 9.  
Habitat in Pyro.  
Larva geometra, levis, ramiformis. Ph. Geometra elinguis.*

melana- 138. P. *Geometra pectinicornis*, alis nigro-punctatis maculatis: anticis albidis; posterioribus luteis.  
*Udd. diff. 65.  
Habitat in Europa.*

macula- 139. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus nigro-maculatis flavis.  
*Habitat in Germania.  
Præcedenti simillima, sed minor & alis etiam superiores flavis. Antennæ in mea setacea, sed femina.*

atomaria. 140. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus lutescentibus: fasciis atomisque fuscis.  
*Faun. svec. 840.  
Frisch. inf. 13. p. 12. t. 5.  
Alb. inf. 42. f. 69?  
Habitat in Tilia.*

pulvera- 141. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus testaceorū pulvulentis: fascia lata ferruginea.  
*Habitat in Europa.*

fasciaria. 142. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus cinereis: fascia lata ferruginea.  
*Habitat in Europa.*

Betularia. 143. P. *Geometra pectinicornis*: alis omnibus albis subfasciatis atomisque nigris, thorace fascia atra. *Faun. svec. 850.  
Pet. gaz. t. 7. f. 8.  
Act. Stockb. 1755. p. 214. t. 6. f. 3.  
Alb. inf. t. 91, 92, 40, 41. Gadd satag. 82.  
Wilk. pap. 38. t. 1. b. 1.  
Habitat in Betula, Ulmo, Rosa.*

Larva *geometra pallida*, postice maculis 2 atris.

scopula- 144. P. *Geometra pectinicornis*, alis canescensibus: fasciis tribus obscurioribus; posticis albidis.  
*Habitat in Europa.  
Magnitudo & statura antecedentis; lunula nigra sub aliis inferioribus.*

wauaria. 145. P. *Geometra pectinicornis*, alis cinereis: anticeis fasciis quatuor nigris abbreviatis inæqualibus. *Fn. svec.* 845.

*Ged. inf.* 1. t. 35.

*Lift. ged.* t. 12.

*Pet. msf.* 3. n. 4.

*Raj. inf.* 179.

*Alb. inf.* 47. f. 78.

*Habitat in Grossularia, Ribe rubro.*

*Larva geometra, viridis, subpilosa.*

tentacu- 146. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus cinerascen-  
laria. tibus strigis obsoletis, palpis longitudine antennarum.  
*Fn. svec.* 841. *De Geer inf.* 1. t. 5. f. 1.

*Habitat in Europa.*

*Palpi comppresso-ciliares uniarticulati longitudine fer-  
antennarum, porrecti apicibus divericatis.*

purpura- 147. P. *Geometra pectinicornis*, alis luteis margine antica-  
ria. rumque fasciis duabus purpureis.

*Ged. inf.* 2. t. 12.

*Uddm. diff.* 69.

*Lift. ged.* 60.

*Habitat in Quercu, Pruno spinosa.*

*Minima, cum sequenti, facile inter Geometras est.*

profapia- 148. P. *Geometra pectinicornis*, alis lutescentibus: fasciis  
ria. utrinque duabus saturationibus.

*Uddm. diff.* 66.

*Habitat in Europa.*

punctaria. 149. P. *Geometra pectinicornis*: alis cinereo-griseo-  
bus: striga ferruginea ordineque transverso punctorum  
atrorum.

*Uddm. diff.* 67.

*Habitat in Finlandia.*

*Ordo punctorum in medio, pone strigam, in utraque  
pagina omnium alarum, distinctissimus est.*

pulchia. 150. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus niveis: fin-  
gis tribus obsoletis.

*Habitat in Europa.*

papillonia- 151. P. *Geometra pectinicornis*, alis omnibus viridibus e-  
ria. rectis: striga sesquialtera pallida repanda.

*Fn. svec.* 922.

*Frisch. inf.* 10. t. 17.

*Habitat in Thymo?*  
Conf. *Røf. inf.* 1. *phal.* 3. t. 12. *Wilk. pap.* 37. t. 1.  
a. 6. sed nostra duplo major.

152. P. *Geometra pectinicornis*, alis fuscescentibus: ante-  
rioribus fascia interrupta bascoisque stria; posterioribus  
disco albis.

*Pet. gaz.* t. 28. f. 8. *Edw. av.* 35. t. 35.

*Habitat in Asia.*

*Alarum fascia e maculis 6 f. 7 coadunatis. Abdomen  
trifarium nigro-punctatum, Ano flavo.*

cinerea- 153. P. *Geometra pectinicornis*, alis flavescentibus conco-  
loribus: arcubus tribus fuscis. *M. L. U.*

*Habitat in America.*

*Alarum areus: 1. a margine anteriore ductus ad anum;  
2. a margine antico ad marginem posticum; 3. apicem  
alæ anterioris includit.*

Jatropha- 154. P. *Geometra pectinicornis*, alis nigris concoloribus:  
ria. anterioribus maculis duabus; posterioribus unica flavis.  
*M. L. U.*

*Mer. jarin.* 38. t. 38. f. 1.

*Habitat in Jatropha gossypifolia Americes.*

*Alæ anteriores macula ovata transversa & minore, que  
in altero sexu defit, ad basin.*

\* \* \* GEOMETRÆ feticornes alis angulatis.

viridata. 155. P. *Geometra feticornis*, alis angulatis omnibus viri-  
dibus: striga pallida.

*Fn. svec.* 857.

*Habitat in Quercu.*

*Similis Røf. 1. *phal.* 3. t. 13, sed linea unica & mar-  
go concolor.*

putata. 156. P. *Geometra feticornis*, alis angulatis: omnibus ali-  
bidis: strigis duabus candidis repandis.

*Habitat in Europa.*

notata. 157. P. *Geometra feticornis*, alis angulatis pallidis: fasciis  
tribus subfuscis: anticarum polita nigricanti-com-  
maculata.

*Fn. svec.* 357.

*Habitat in Europa.*

*Mar-*

*Margo posticus omnium clarum striga fusca terminatur, quæ evidenter ubi ala anterior emarginata; in alarum anticarum medio s. in fascia tertia sunt quatuor puncta æqualiter disposita inter se, quæ stercora muscarum referunt.*

amata. 158. P. *Geometra feticornis*, alis subangulatis: omnibus luteis: striga ferruginea repanda punctisque pulverulentis. †

*Wilk. pap. 37. t. 1. a. 5.  
Reasm. inf. 2. t. 29. f. 1-4?*

*Habitat in Quercu australiore.*

*Larva geometra viridis cingulis flavis, inferne rubris, repanda-*

*ta.* 159. P. *Geometra feticornis*, alis cinereis: omnibus fuscundatis; posticis margine repando atro. *Habitat in Europa.*

dubitata. 160. P. *Geometra feticornis*, alis anticus griseo-glauciscentibus fascia purpurascente; posticis dentatis. *Habitat in Europa.*

*Statura Geometrae, magnitudo Noctua, facies Tinea.*

emarginata. 161. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus pallidis emarginato-angulatis: strigis duabus griseis. *Habitat in Europa.*

*Ale flavescen- pallide lineis 2 griseis remotissimis; punctum fuscum in disco; omnes ale postice fere emarginatae sunt.*

\*\*\*\* GEOMETRAE feticornes alis rotundatis,

atra. 162. P. *Geometra feticornis atra*, alis erectis: anticus apice albis.

*Fn. svec. 864.*

*Pet. gaz. t. 69. f. 8.*

*Habitat in Europæ pascuis.*

clathrata. 163. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus flavescen- albis: lineis nigris decussatis. *Habitat in Europa.*

undulata. 164. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus supra strigis confertissimis transversis undulatis fuscis. *Uddm. diff. 71.*

*Habitat in Salice caprea.*

faveola- 165. P. *Geometra feticornis*, alis nigris concoloribus: discus communis flavo crenato. *M.-L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Corpus flavum.*

glauata. 166. P. *Geometra feticornis*, alis fuscis concoloribus: maculis albis oblongis coadunatis. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Ale anteriores basi maculis 2, disco 6 coadunatis; posteriores maculis 7 linearibus coadunatis.*

Grossula- 167. P. *Geometra feticornis*, alis albidis maculis rotundatis nigris: anticus strigis luteis. *Fn. svec. 849.*  
*Monff. inf. 96. n. 10.* *Merian. eur. 1. t. 29.*  
*Jonff. inf. 84. n. 10. t. 6.* *Alb. inf. t. 43. f. 71.*  
*Gæd. inf. 1. t. 36.* *Frisch. inf. 3. t. 2.*  
*Lift. gæd. f. 9.* *Raf. inf. 1. phal. 3. t. 2.*  
*Blank. inf. t. 7. f. E. H.* *Wilk. pap. 42. t. 2. a. 1.*  
*Raj. inf. 178. n. 12.*  
*Habitat in Ribe, Grossularia, Amygdalo.*  
*Abdomen luteum nigro-maculatum.*  
*Larva geometra subpilosa, supra fusca, subtus flava.*

futeolata. 168. P. *Geometra feticornis*, alis flavissimis: anterioribus maculis costalibus tribus ferrugineis: media subargentea. *Wilk. pap. 39. t. 1. b. 4.* *Uddm. diff. 70.*  
*Habitat in Oxyacantha.*  
*Larva geometra nuda, fusca: spina dorsali recta.*

Populata. 169. P. *Geometra feticornis*, alis flavo-pallidis: anticus subfasciatis: apice subtus fuscus contaminatis. *Habitat in Populo.*  
*Ale primores supra obsolete griseo fasciatae; postice subtus flavescentes arcu fuscus ex punctis cum puncto nigro centrali.*

bilineata. 170. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus luteis testaceo undatus: fascia repanda margine fuscus alboque. *Habitat in Svecia.*

Cheno- 171. P. *Geometra feticornis*, alis anticus testaceis; fasciis podiata. *tribus griseis puncto prominulo apicisque linea supra fusca.*

*Fn.*

*Fn. svec. 856.* *Alb. inf. t. 47. f. 79.*  
*Habitat in Chenopodio.*

comitata. 172. P. *Geometra feticornis*, alis anticis flavescentibus, fasciis tribus griseis puncto apicisque lineola utrinque fusca.  
*Habitat in Europa.*

dotata. 173. P. *Geometra feticornis*, alis flavescentibus: anticis subfasciatis: apicis litura subitus fusca.  
*Habitat in Europa.*

plagiata. 174. P. *Geometra feticornis*, alis anticis canis: fasciis tribus trilineatis nigricantibus repandis.  
*Habitat in Europa.*

mista. 175. P. *Geometra feticornis*, alis virescenti undulatis: fasciis duabus latioribus albis.  
*Fn. svec. 853.*  
*Habitat in Europa.*

Prunata. 176. P. *Geometra feticornis*, alis griseis: anticis fasciis duabus pallidis repandis: postica semiterminata.  
*Faun. svec. 866.*  
*Frisch. inf. 5. t. 14.*  
*Habitat in Pruno.*

aversata. 177. P. *Geometra feticornis*, alis pallidis: striga basos fasciaque media punctoque fusca.  
*Uddm. diff. 72.*  
*Habitat in Finlandia.*  
*Punctum in pagina inferiori magis saturatum.*

tristata. 178. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus nigris albo subundatis: fasciis duabus albis undatis nigro-punctatis.  
*Fn. svec. 862.*  
*Habitat in Syvis Europa.*

Aliche-  
millata. 179. P. *Geometra feticornis*, alis canescentibus: anticis undatis: fascia nivea cinereo undata, lineolaque intra apicem.  
*De Geer inf. 1. t. 22. f. 16.*  
*Habitat in Alchemilla.*  
*Fascia & lineola repanda intra apicem alba sunt, striga cinerea repandaque priori; dimidio minor.*

ta. 180. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus nigris albo maculatis: fasciis duabus albis immaculatis haitato dentatis.  
*Habitat in Svecia.*  
*Majuscula inter proximas; alis concoloribus absque punto nigro subtus.*

fasciil-  
lata. 181. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus nigricantibus: fascia unica latissima immaculata.  
*Habitat in Svecia.*

margina-  
ta. 182. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus albis: margine exteriore limbo rulco interrupto.  
*Fn. svec. 860.*  
*Habitat in Corylo.*  
*Quibusdam maculae 2 f. 3 in singulae ale dico.*

ocellata. 183. P. *Geometra feticornis*, alis albidis: anticis fasciis duabus fuscescentibus maculaque apicis ocellari di-dyma.  
*Fn. svec. 862.*  
*Habitat in Europa.*

Janata. 184. P. *Geometra feticornis*, alis anterioribus subitus cinereis; posterioribus supra fascia punctisque tribus albis. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Ale Anteriores supra cinerea lineis 2 transversis saturatiorebus; subitus fascia alba. Posteriores supra fascia alba; subitus lineis 2 saturatiorebus & macula ad angulum ani. Si Ph. subitus inspiciatur, ut canda sit capitii loco, refert eundem supra & antice visam; binc hyfferon-proteron vel Janus bifrons audit.*

fluctuata. 185. P. *Geometra feticornis*, alis cinerascentibus: anticis fasciis abbreviatis tribus fuscis.  
*Fn. svec. 859.* *Mer. eur. t. 120.*  
*Gard. inf. 1. t. K.* *Frisch. inf. 7. t. 19.*  
*Lift. gæd. f. 13.*  
*Habitat in arboribus variis, Tropæolo.*

Juniper-  
ta. 186. P. *Geometra feticornis*, alis cinerascentibus: anterioribus fasciis duabus griseis lineolaque apicis fusca.  
*Habitat in Juniperis. D. C. Solander.*

*Fascia* alarum posterior versus marginem interioream  
re interrupta; anterior ad basim, minor; ad apicem  
ale supra linea nigricans longitudinalis.

ineanata. 187. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus canis positi  
striga alba repanda disco puncto marginique nigro  
punctatis.

*Habitat in Europa.*

immuta. 188. P. *Geometra feticornis*, alis albidis concoloris  
ta. striga cinerea puncto marginique nigro punctatis.  
*Habitat in Europa.*  
*Ale pone strigam obsolete nebulosam.*

immora. 189. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus lutescentibus  
ta. fasciæ obsoletis albidis marginisque striga nigricans.  
*Habitat in Europa.*  
*Ale concolores, absque puncto, undique atomis fusci a  
spersa.*

remuta. 190. P. *Geometra feticornis*, alis flavescensibus: strigis in  
ta. puncto marginique postico nigro-punctato.  
*Habitat in Europa.*

succentu- 191. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus canescen-  
tiata. albidis puncto nigro: limbo obscuriore.  
*Habitat in Europa. De Geer.*

*Thorax* albus ad latera tectus duabus valvulis, alarum  
radimentis, basi alarum anteriorum incumbentibus.  
*Abdomen* griseum, sed primum & ultimum segmen-  
tum album: stigmata omnia nigra. *Ale oblonga.*

strigilata. 192. P. *Geometra feticornis*, alis cinereis: postice striga  
transversa recta pallida.  
*Habitat in Europa.*

didyma. 193. P. *Geometra feticornis*, alis albidis obsolete cinereo-  
ta. bifasciatis: posterici macula fusca biloba.  
*Habitat in Europa. D. C. Solander.*

rectangula- 194. P. *Geometra feticornis*, alis viridibus fusco-subfus-  
lata. fciatis.  
*Habitat in Europa. Claud. Alströmer.*  
*Ale subtus fascia rectangula e punctis nigricantibus.*

Herculea- 195. P. *Geometra feticornis*, alis albis: fusco-fasciato  
maculatis, thorace anōque favis. Fn. svec. 846.  
Gæd. inf. 2. t. 13. Alb. inf. t. 37. f. 60.  
Lift. gæd. t. 61. Reaum. inf. 1. t. 49. f. 17, 18.  
Pet. gaz. t. 32. f. 8. De Geer inf. 1. t. 28. f. 18, 19.  
Raj. inf. 222. Ros. inf. 1. phal. 4. t. 14.  
*Habitat in Urtica, hortis pomorum.*  
*Larva 16-poda, nuda, albida, dorso fusco.*

Nymphaea. 196. P. *Geometra feticornis*, alis cinereis: omnibus con-  
formiter albo maculatis reticulatis.  
Fn. svec. 851. Raj. inf. 227. n. 87.  
*Habitat in Nymphaea, Lemna.*

Potamo- 197. P. *Geometra feticornis*, alis cinereis albo maculatis:  
gu. anteriotibus obsoletius reticulatis.  
Fn. svec. 853. Reaum. inf. 2. t. 32. f. 11.  
Loß pruss. 178.  
*Habitat in Potamogetone nataente, subiens metamorpho-  
sin intra folii segmentum folio adscitum.*

Stratiote- 198. P. *Geometra feticornis*, alis pallidis subfasciatis: an-  
tara. terioribus punctis tribus nigris.  
Fn. svec. 854.  
De Geer inf. 1. t. 37. f. 16-18.  
*Habitat in Stratiote Aloide sub aqua.*

Lemna. 199. P. *Geometra feticornis*, alis albis: posticis fascia ter-  
minali nigra: punctis quatuor albis.  
Fn. svec. 852. Raj. inf. 205. n. 102.  
*Habitat in Lemna, ex qua collecta nidum struit.*

cingula- 200. P. *Geometra feticornis*, alis omnibus atris: striga  
n. nivea.  
Fn. svec. 906.  
*Habitat in Europa.*  
*Statura & magnitudo Tineæ. Antennæ corpore breviores.*

brunnata. 201. P. *Geometra feticornis*, alis griseo-fuscis striga ni-  
gra postice pallidioribus; femina aptera.  
Fn. svec. 921. Reaum. inf. 2. t. 30. f. 8, 9.  
Raj. inf. 369. n. 9. f. 18 t. n. 4. De Geer inf. 1. t. 24. f. 11, 19.  
*Habitat in Pomona arboribus, quas misere devaglat, obo-  
bri ova ponens. Amaen. acad. 3. p. 349.*

## \* 4 \* TORTRICES.

pristina- 202. P. *Tortrix* alis superioribus viridibus: strigis dubiis obliquis flavis, margine polito antennis pedicellisque fulvis.

*Pet. gaz.* t. 7. f. 11. *De Geer inf.* 1. t. 3 f. 1.  
*Alb. inf.* t. 31. *Wilk. pap.* 6. t. 1. a. 13.  
*Reaum. inf.* 1. t. 39. f. 13, 14.  
*Habitat in Alno, Quercu.*

Larva nuda, luteo-virens punctis albis, ano fulvo.

vittiana. 203. P. *Tortrix* alis rhombis, superioribus viridibus immaculatis.

*Fn. svec.* 895. *Ros. inf.* 1. phal. 4. t. 3.  
*Frisch. inf.* 3. t. 8. *Wilk. pap.* 4. t. 1. a. 5.  
*Reaum. inf.* 2. t. 18. f. 6, 7.  
*Habitat in Quercu, Salice hirsuta.*

Larva nuda, viridis punctis nigris, capite cunctaque luteis,

Germania. 204. P. *Tortrix* alis rhombis: superioribus viridibus characteribus atris.

*Habitat in Germania.*  
*Simillima praecedenti, sed alis saturatis viridibus: characteribus plurimis atris.*

hamata. 205. P. *Tortrix* alis superioribus flavis puncto luteoque postica hamata ferruginea.

*Habitat in Europa.*

fulvata. 206. P. *Tortrix* alis omnibus fuscis.

*Habitat in Europa.*

epora. 207. P. *Tortrix* alis superioribus ferrugineis griseo maculatis reticulatisque.

*Wilk. pap.* 17. t. 2. a. 4.  
*Habitat in Maio.*

Rofana. 208. P. *Tortrix* alis superioribus testaceo-reticulatis: fascia grisea obliqua.

*Fn. svec.* 896.  
*Merian. europ.* 1. p. 7. t. 19.  
*Habitat in Rosa, Berberide.*

209. P.

Terricum. Larva contingit U pro cornutum foli, que tenet U intra qua se recipit.

Xyloste- 209 P. *Tortrix* alis superioribus testaceis: cruce communis ferruginea.

*Habitat in Xylosteo.*

Aegla- 210. P. *Tortrix* alis superioribus testaceis: fasciis ferrugineis leviter tenuis.

*Fn. svec.* 882.  
*Alb. inf.* 1. t. 95. f. g. h?  
*Habitat in Corylo, Pyre.*

Ameria- 211. P. *Tortrix* alis superioribus testaceis: litura communis ferruginea.

*Reaum. inf.* 2. t. 18. f. 6, 7.  
*Habitat in Salice.*

Piceana. 212. P. *Tortrix* alis superioribus griseo nigroque variis: dorso ferrugineis.

*Habitat in Pinii foliis, que combinat.*  
Larva nuda, viridis, 16-poda. *Rolander.*

ministra. 213. P. *Tortrix* alis superioribus testaceis: margine postico rufo, medio litura ferruginea: lineola alba.

*Habitat in Europa.*

Lechea- 214. P. *Tortrix* alis superioribus luteis: characteribus J L, thoraceque argenteis.

*Habitat in Pado.*

Brande- 215. P. *Tortrix* alis superioribus testaceo-fuscis immunitatis.

*Habitat in Europa.*  
*Antecedentibus paulo major, alis obscure cinereis.*

Forska- 216. P. *Tortrix* alis superioribus flavis luteo reticulatis: leua, medio litura fulcescente.

*Habitat in Europa.*  
*Precedentibus omnibus minor est.*

Loesingi- 217. P. *Tortrix* alis superioribus flavis luteo reticulatis: strigis tribus ferrugineo-argenteis.

*Habitat in Europa.*  
*Facies & magnitudo antecedentis.*

Bergman- 218. P. *Tortrix* alis superioribus luteis flavo punctatis: fasciis quatuor argenteis: tercia bimaculata.

*Habitat in Europa.**Parva & precedenti simillima.*

Holmia- 219. *P. Tortrix* alis superioribus luteo ferrugineis; macula marginali trigona argentea.  
Fn. svec. 883.

*Habitat in Pomona arboribus.**Præcedentibus duabus paulo minor.*

Rolan- 220. *P. Tortrix* alis superioribus pallide testaceis, striis ferrugineis inferne antrosum versis.  
*Habitat in Europa.*

Solan- 221. *P. Tortrix* alis superioribus pallidis: macula com-  
muni dorsali ferruginea.

*De Geer inf. I. t. 28. f. 29, 30.**Habitat in Betula.*

Hashiana. 222. *P. Tortrix* alis superioribus fuscis: fascia antrosum obliqua alba.

*Habitat in Salice. Reinh. Haft.**Fascia non tangit marginem interiorem ale & a summo descendit antrosum.**Haft (Reinh.) feno, natus ad Insectorum Historiam, at in flore etatis perit egregius discipulus.*

Wahlbo- 223. *P. Tortrix* alis superioribus cinereis: fasciis duabus fusco-nebulosis litura postica obsoleta, palpis obtulis.  
*Habitat in Europa.*

*Ale cinerea. Fascia anterior cinereo-fusca, posse sub-  
triloba; Fascia media latior cinereo-fusca; litura obli-  
qua obsoleta ante apicem; margo exterior alarum ex-  
trosum marginatus ut in præcedentibus; ceterum in  
variis similis P. tertianella.*

Lediana. 224. *P. Tortrix* alis fuscis: fasciis duabus rubro-argen-  
tis: posteriore puncto intruso.  
*Habitat in Ledo. T. Bergman.*

Heracli- 225. *P. Tortrix* elinguis recurvicornis, alis griseis punto  
ana. fusco, thorace flavo. Fn. svec. 916.

*Reaum. inf. 2. t. 16. f. 1-4. De Geer inf. I. t. 29. f. 6, 7.**Habitat in umbellis plantarum umbelliferarum, impre-  
mis Heraclii, contortis destrutisque floribus caples ex  
alis foliorum penetrans.*

## \* 5 \* PYRALES.

Farinalis. 226. *P. Pyralis* recurvicornis, alis politis fuscescentibus:  
strigis repandis albidis area interjecta glauca.  
*Habitat in Farina.*

Glaucina- 227. *P. Pyralis* recurvicornis, alis glabris glaucis: stri-  
gis duabus flavis arcuatis remotissimis.  
*Habitat in Europa.*

proboscidi- 228. *P. Pyralis* palpis porrectis approximatis thorace lon-  
gioribus, alis cinereo-griseis: strigis ferrugineis.  
*Habitat in Europa.*

rotundalis. 229. *P. Pyralis* palpis porrectis thorace longioribus, alis  
subgriseis: punctis duobus muricatis striga interjecta  
nigra.

*Raj. inf. 214. n. 9. Ref. inf. I. phal. 4. t. 6.**Reaum. inf. I. t. 18. f. 16?**Habitat in Carpinio, Humulo.**Ale posterior pallidiores; in area anteriore linea nigra  
utraque extremitate terminata puncto eminente. Pal-  
pi approximati.*

fuscalis. 230. *P. Pyralis* alis glabris pallidis: lineis ferrugineis re-  
trorsum obliquatis litura anterioris.

*Fn. svec. 880. Reaum. inf. I. t. 16. f. 13, 14.**Habitat in Brassica.**Ale pessime ad angulum obtusum discedentes, ut in se-  
quenti.*

verticalis. 231. *P. Pyralis* alis glabris pallidis subfasciatis: subitus  
fusco undatis.

*Fn. svec. 855.**Mer. eur. t. 88. f. infim? Ref. inf. I. phal. 4. t. 4.**Reaum. inf. 2. t. 19. f. 1-5. Wilk. pap. 24. t. 3. a. 16.**Habitat in Urtica Tortrix.*

pinguina- 232. *P. Pyralis* elinguis recurvicornis, alis cineratis: co-  
lis. sta nigro subfasciata.

*Fn. svec. 915.**Roland. A& Stockh. 1755. p. 51. t. 2.**Habitat in Pinguibus, Batyro aliisque frequens, intra-  
domos & culinas, rarius in ventriculo humano, inter-  
vermes pessima.*

purpura- 233. P. *Pyrilis* alis fusco-purpurascensibus : omnibus ligatis, teo maculatis.

*Habitat in Europa.*

\* 6 \* TINEÆ.

fociella. 234. P. *Tinea* alis oblongis cinereis : antice albidis : postice striga pallida.

*Fn. svec. 905.*

*Habitat in Europa.*

colonel- 235. P. *Tinea* alis oblongis cinereis : punctis duobus atris, ante strigam curvam terram oboletam.

*Fn. svec. 912.*

*Habitat in Europa.*

*Palpi dorsi, prominentes, distantes, ut in antecedenti.*

paciella. 136. P. *Tinea* alis superioribus albis : punctis maculae communi longitudinali dentata atra; inferioribus nigris.

*Habitat in Germania. P. Forskål.*

*Statura P. T. Evonymella. Alae fuscae : sed superiores supra niveas, fascia longitudinali atra obtuse dentata, prater puncta varia.*

bella. 237. P. *Tinea* alis flavis : superioribus fasciis sex punctis nigrorum.

*Pet. gaz. 6. t. 3. f. 2. Raj. inf. 211. n. 1.*

*Catesb. ear. 2. p. 96. t. 96.*

*Habitat in America septentrionali.*

*Alae fasciis ex punctis nigris in totidem series transversas digestis.*

*Variat punctis alarum superiorum simplicissimis & ovalatis,*

patchel- 238. P. *Tinea* alis albis : superioribus nigro sanguineo- la, que punctatis; inferioribus apice nigris.

*Pet. gaz. 1. 3. f. 3.*

*Habitat in Europa australi; in Mauritania. Brander.*

*Similis *Tinea* *Evonymella* sed duplo major, pulcherrima. Alae superiores undulis rubris & nigris sparsim mixtis; margo superiorum posticus nigro punctatus.*

Evony- 239. P. *Tinea* alis superioribus albis : punctis 50 nigris;

mella. inferioribus fuscis.

*Fn. svec. 891. Frisch. inf. 5. t. 16.*

*Ner. inf. 2. t. 2. Reaum. inf. 2. t. 12. f. 12, 13.*

*Alt. inf. 1. 60. f. A-C. Røf. inf. 1. phal. 4. t. 8.*

*Raj. inf. 196. Wilk. pap. 4. t. 1. a. 6.*

*Habitat in Evonymo! Pado, Sorbo &c.*

*Larvæ vivunt in societate sub tentoriis.*

pidella. 240. P. *Tinea* alis superioribus lividis : punctis 20 nigris; inferioribus fuscis.

*Frisch. inf. 5. t. 16. Røf. inf. 1. phal. 4. t. 7.*

*Reaum. inf. 2. t. 12. f. 5-9. Wilk. pap. 4. t. 1. a. 6.*

*Habitat in Arboribus pomonæ.*

*Simillima P. *Evonymella*, sed supra minus alba sereque plumbea punctis nigris paucioribus. Palpi magis prominentes ut fere bicornis.*

*Larvæ vivunt in societate sub tentoriis, uti praecedentis.*

trinotella. 241. P. *Tinea* alis luteis : superioribus punctis nigris trifariis.

*Fn. svec. 920.*

*Habitat in Europa.*

tetarella. 242. P. *Tinea* alis corporeaque luteis immaculatis.

*Habitat in Europa.*

*Magnitudo & statura P. T. Padellæ aut *Pbryganeæ*, sed magis angusta.*

metella. 243. P. *Tinea* alis supra albis, subtus luteis, interne nigris.

*Habitat in Gramine.*

piscuella. 244. P. *Tinea* alis superioribus pallidis linea maculaque rhombæ albissimæ.

*Habitat in Pascuis.*

pratella. 245. P. *Tinea* alis superioribus albidis : linea albissima postice ramosa : apice striis obliquis.

*Fn. svec. 908.*

*Habitat in Pascuis.*

cumel- 246. P. *Tinea* alis superioribus albidis : striis longitudinalibus albissimis terminatis ordine punctorum nigracionium transverso.

*Fn. svec. 907.*

*Reaum. inf. 1. t. 17. f. 13, 14.*

*Raj. inf. 229. n. 106.*

*Habitat in Pascuis.*

nemone- 247. P. *Tinea* alis albidis incurvatis: superiorius puncto nigro.

*Habitat in Xylosteo.* Clerk.

*Sicuti iros præcedentios; punctum ad marginem ali interiore.*

fœnella. 248. P. *Tinea* alis superioribus fuscis: maculis albitimis: anteriore falcata, posteriore reniformi.

*Habitat in Europa.*

unguicel- 249. P. *Tinea* alis cinereis subfasciatis apice recurvato- la. acuminatis, margine exteriore postico transverse albo- triatis.

*Fn. spec. 890.*

*Habitat in Europa.*

Salicella. 250. P. *Tinea* alis cœrulecenti-cinereis, latere dorsali ali- bidis punctatis.

*Ref. inf. 1. phal. 4. t. 9. Wilk. pap. 3. t. 1. a. 10.*

*Habitat in Salice, Tortrix.*

*Parva fusca, punctis albis, 16-poda.*

Cynosba- 251. P. *Tinea* alis griseis apice albidis: puncto nigro. tellia. *Reaum. inf. 3. t. 2. f. 6?*

*De Geer inf. 1. t. 34. f. 4, 5.*

*Habitat in Rosa gemmis.*

vestimentel- 252. P. *Tinea* alis cinereis: apicibus adscendentibus plomo- la. lis, palpis recurvis.

*Habitat in Vestimentis, quæ destruit.*

tapetzel- 253. P. *Tinea* alis nigris postice albidis, capite niveo. la. *Fn. spec. 892.*

*Reaum. inf. 3. t. 20. f. 2-4.*

*Habitat in Tapetibus, Pellibus, intra cylindros meatu- rodens.*

pellionel- 254. P. *Tinea* alis canis medio punto nigro, capite sub- la. griseo. *Fn. spec. 894.*

*Reaum. inf. 3. t. 6. f. 12-16.*

*Habitat in Vestimentis pilosis, quas misere devastat, in- tra excallum latitans.*

farciuel- 255. P. *Tinea* alis cinereis, thorace utrinque puncto albo. la. *Fn. spec. 893.*

*Reaum. inf. 3. t. 6. f. 9, 10.*

*Ruf. inf. 1. phal. 4. t. 17.*

*Habitat in Vestimentis, quæ destruit, intra folliculum occultata.*

mag- 256. P. *Tinea* alis nigricantibus: macula transversa fer- ruginosa.

*It. Scanic. 216.*

*Habitat in Domibus.*

Mello- 257. P. *Tinea* alis canis postice purpurascensibus striga- nata. alba, scutello nigro apice candido.

*Svamm. bibl. 1. t. 26. f. 2.*

*Ruf. inf. app. 242. t. 41.*

*Reaum. inf. 3. t. 19. f. 7-9?*

*Habitat in Apum alvearibus, angiportus favos penetrant- tes struens.*

*Aliam etiam Speciem ejusdem munieris habet illustris Eques Reaum. inf. 3. t. 19.*

ocellata- 258. P. *Tinea* alis albido-cinereis: antice striga nigra re- tella, curvata.

*Ruf. inf. 1. phal. 4. t. II.*

*Habitat in Sorbo intra folliculum conicum consuetum.*

ganella. 259. P. *Tinea* alis albo nigroque reticulatis, capite albo.

*Leuw. epist. 1692. mart. 7.*

*Ruf. inf. 1. phal. 4. t. 12.*

*Reaum. inf. 3. t. 20. f. 14, 16.*

*Baker. microsc. t. 13. f. 13.*

*De Geer Act. Stockb. 1746. p. 48.*

*Habitat in Frumentorum granariis semina rodens con- glomerans, hyeme parietes adscendens.*

Lappella. 260. P. *Tinea* alis pallidis puncto nigro, apice adscenden- tibus.

*Aet. Stockb. 1752. p. 66.*

*Habitat in Arctii capitulis intra Semina.*

*Larva sexpeda uti Proletella.*

proletel- 261. P. *Tinea* alis albidis punctis duobus fuscis, lingua la. inflexa. †

*Vallfn. nat. 1. p. 372. t. 379.*

*Reaum. inf. 2. t. 25.*

*Habitat in Brassica, Chelidonio; an etiam in Quercu?*

*Parit quotannis ad 200000 foiboles; dum 12 progenies  
ponant 12 ova singula.*

Arbutel- 262. P. *Tinea* alis sanguineis: fasciis argenteis tenuissimis.  
la. *Habitat in Uva ursi.*

tessella. 263. P. *Tinea* alis nigris: fasciis duabus albis remouissimis tessellatis. *Fn. svec. 897.*  
*Habitat in Europa.*

vittella. 264. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorsali communi nigra, marginie postico atro-punctato.

*Habitat in Europa.*  
*Linea obsoletior nigra, in medio alba & brevis in cuspide.*

Xylostel- 265. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorsali communi alba dentata.

*Fn. svec. 909.*  
*Habitat in Lonicera.*  
*Simillima Rof. inf. 1. phal. 4. t. 10. in Brassica, L. etosa, sed minor.*

trigonel- 266. P. *Tinea* alis fuscescentibus: macula communi dorsali duplice alba trigona.

*Fn. svec. 911.*  
*Habitat in Sylvis.*

rhomboi- 267. P. *Tinea* alis fuscis: macula rhombica nigra. *Fn. svec. 910.*

*Habitat in Europa sylvis.*

tertiangel 268. P. *Tinea* alis cinereis: fasciis obscurioribus sequentiis tertiiis.

*Habitat in Europa.*

mercurel- 269. P. *Tinea* alis albido cinereis subfasciatis medio puncto albo & cincto.

*Habitat in Europa.*

Pomo- 270. P. *Tinea* alis nebulosis postice macula rubra aurea.

nella. *Frijcb. inf. 7. t. 10.*

*Rof. inf. 1. phal. 4. t. 13.*

*Reaum. inf. 2. t. 40. f. 9, 10.*

*Wilk. pap. 5. t. 1. a. 9.*

*Habitat intra Pomæ Pyri.*

271. P. *Tinea* alis fuscis argento-undatis; inferioribus fuscis margine albo.  
*Habitat in strobilis Abietis.*

272. P. *Tinea* alis flavis: maculis duabus argenteis: anteriore oblonga, posteriore ovata.  
*Habitat in Pinetis.*

273. P. *Tinea* alis griseo albis nitidulis, thorace luteo.  
*Habitat intra Pini turiones.*

274. P. *Tinea* alis griseis pallido fasciatis: punctis trium pariam fuscis.  
*De Geer inf. 1. t. 22. f. 22, 23.*  
*Habitat intra Pini turiones.*

275. P. *Tinea* alis fuscis: fasciis cinereo-argenteis.  
*Frijcb. inf. 10. t. 10.*  
*De Geer inf. 1. t. 33. f. 12, 13.*  
*Rof. inf. 1. phal. 4. t. 16.*  
*Habitat intra Resinæ glomerem exsudantem e vulnera ramorum Pini.*

276. P. *Tinea* alis fusco cinereis: superioribus punctis duobus anque subtus macula nigra.  
*Habitat in domiis.*  
*Litura etiam fusca versus angulum posticum exteriorem que atra superioris.*

Corticel- 277. P. *Tinea* alis griseis margine aureo-punctatis posterioribus trilunatis.  
*Habitat intra Corticem Arborum virentium, imprimis pomiferarum.*

278. P. *Tinea* alis nigris: maculis tribus sulphureis.  
*Habitat in Europa. D. C. Solander.*  
*Ale superiores nigrae macula sulphurea ad basin; alia in medio non tangens marginem exteriorem; alia ante apicem non tangens marginem tenuiorem.*

gemmel- 279. P. *Tinea* alis nigro albo argenteoque nebulosis, capite albo.  
*Habitat intra Quercus folia, subcunctanea.*

braefel- 280. P. *Tinea* alis nigris macula marginali anticeque la.  
la. teo· aureis.

*Habitat in Europa.*

*Alarum basis ad  $\frac{1}{2}$  totius flava; frons flava; antennæ breves.*

ramella. 281. P. *Tinea* alis cinereo-albidis: arcu fusco.  
*Habitat intra Quercus ramos.*

porrectel- 282. P. *Tinea* alis albicantibus, antennis porrectis approximatis longitudine corporis, palpis recurvis.

*De Geer inf. I. t. 26. f. 15, 16.*

*Habitat in Tetradynamiae plantis variis.*

Petive- 283. P. *Tinea* alis subgriseis litura dorsali flava, apiceque prænudis tribus nigris.

*Habitat in Svecia.*

*Magnitudo P. subcutaneorum. Alæ fusco-griseæ; in media litura flava, que unitur cum ale opposite macula; marge exterior intra apicem striatus, & apice postice punctis tribus nigris notatus.*

Swam- 284. P. *Tinea* antennis longissimis, alis flavescensibus palmerda- lidis immaculatis,  
inella. *Habitat in Europa.*

Reaumur- 285. P. *Tinea* antennis longissimis, alis nigris extrorsum tella. deguratis. *Fn. svec. 902.*  
*Habitat in Europa.*

De Gee- 286. P. *Tinea* antennis longissimis, alis atris fascia si- tella. gentea.  
*De Geer inf. I. t. 32. f. 13.*  
*Uddm. diff. 78.*  
*Habitat in Svecia, imprimis ad acidulas setrenses.*

Mouffe- 287. P. *Tinea* antennis corpore brevioribus albo annulatella. tis, alis lividis: atomis oblongis fuscis.  
*Habitat in Europa.*  
*Alæ valde acuminatae.*

Litterella. 288. P. *Tinea* antennis longitudine fere corporis nigro albo subannulatis, alis fuscis.  
*Habitat in Europa.*

289. P. *Tinea* antennis longitudine corporis, alis fusco auratis, antennis concoloribus.  
*Habitat in Europa.*

290. P. *Tinea* alis fuscis: linea 1 aurea anterius arcuata. *Fn. svec. 901.*  
*Habitat in Europa.*

291. P. *Tinea* alis auratis: fasciis 2 argenteis: priore anterius, posteriore retrosum arcuata.

*Habitat in Alnetis, pedibus tantum quatuor insidens; posticis duobus protensis. T. Bergman.*

292. P. *Tinea* alis nigris: fasciis 3 argenteis transverse divaricatis. *Fn. svec. 900.*  
*Habitat in Europa.*

293. P. *Tinea* alis nigris: fasciis 4 argenteis arcuatis: secunda recta.

*Fn. svec. 899.*

*It. gotl. 260.*

*Habitat in Europa.*

294. P. *Tinea* alis flavis: fasciis 4 argenteis: tercia superne bifida. *Fn. svec. 904.*  
*Habitat in Europa.*

295. P. *Tinea* alis albis: lineis 2 argenteis; posticisque undatis. *Fn. svec. 903.*  
*Habitat in Europa.*

296. P. *Tinea* alis nigri disco flavis: striga lineisque duabus longitudinalibus punctisque tribus argenteis.  
*It. scanic. 112. Phalæna Fagi.*  
*Habitat in Fagi foliis subcutanea.*

297. P. *Tinea* alis nigro-auratis: punctis 9 argenteis convexis submarginalibus.

*Frisch. inf. 3. p. 31. t. 4.*

*De Geer inf. I. t. 30. f. 10-12.*

*Habitat in Mali foliis subcutanea, omnium pulcherrima.*

298. P.  
*Tinea* ha subnigra, speciosissima omnium, quæ intra folii substantiam ci-  
cavat, rodunt, sepius 1-podæ; sed sunt etiam subcutaneæ Musæ, Tenthredino-  
es, Cucullionæ, Chrysomelæ, Dermestides &c.

Rajella. 298. P. *Tinea* alis auratis : punctis 7 argenteis : secundum teraque connatis

*De Geer inf.* 1. t. 31. f. 11, 12.  
*Habitat in Alni foliis subcutanea.*

Clerkel. 299. P. *Tinea* alis argenteis postice fusco-auratis caudata.

la. ocello terminali atro.

*Habitat in Svecia. C. Clerk.*

*Corpus minimum, totum argenteum. Ale superiores ad apicem fusco-auratas, subfusciate, & caudatae cum uero rotunda atro. Antennæ longitudine corporis.*

\* 7 \* ALUCITA.

monoda- 300. P. *Alucita* alis patentibus linearibus indutis.

Etyla. *Reaum. inf.* 1. t. 20. f. 12-16.

*Habitat in Europa.*

didafty- 301. P. *Alucita* alis patentibus ramosis fuscis : frigidis aliis : anticus bipartitis, posticus tripartitis.

Raj. *inf.* 205. n. 101.

*Reaum. inf.* 1. t. 20. f. 1-4.

*Habitat in Lonicera Xylosteo.*

tridafty- 302. P. *Alucita* alis patentibus fissis pallidis : lineis albis.

la. *Habitat in Europa.*

tetradacty- 303. P. *Alucita* alis patentibus fissis flavescentibus.

Etyla. *Habitat in Europa.*

pentada- 304. P. *Alucita* alis patentibus fissis quinquepartitis aliis.

Etyla. veis : digito quinto distincto.

*Reaum. inf.* 1. t. 20. f. 1-4.

*Ref. inf.* 1. phal. 4. t. 5.

*Habitat in Svecia.*

hexada- 305. P. *Alucita* alis patentibus fissis : singulis sexpartitis aliis.

Etyla. *Reaum. inf.* 1. t. 19. f. 19-21.

*Frisch. inf.* 3. t. 7?

*Habitat in Europa.*

## IV. NEUROPTERA.

Ale IV nudæ, venis reticulatæ.

Cauda saepius aliquo sexus adminiculo instructa, inermis.

107. LIBELLULA. Os maxillosum : maxillis pluribus.

Antennæ thorace breviores.

Ale extenæ.

Cauda particulis hamofo-filaccis.

\* Alis patentibus acquiescentes.

macula- 1. L. alis posticis basi omnibusque medio antico macula nigricante.

*Fn. svec.* 764. L. alis macula marginali duplicita.

Raj. *inf.* 49. n. 3.

*Reaum. inf.* 6. t. 35. f. 1, 2.

*Habitat in Europa.*

luteola. 2. L. alis basi luteis. *Fn. svec.* 765.

Raj. *inf.* 49. n. 4.

*Ref. inf.* 2. aqu. 2. t. 5. f. 4.

*Habitat in Europa.*

*Hec inter minores ; variat rariss alis absque basi lutea ; sorte sexu.*

alutaria. 3. L. alis albis, corpore fusco ; cauda simplici. *Faun. svec.* 766.

Raj. *inf.* 49. n. 6.

*Ref. inf.* 2. aqu. 2. t. 8.

*Habitat in Europa.*

nigricans. 4. L. alis tantum posticis basi nigricantibus.

*Ref. inf.* 2. aqu. 2. t. 7. f. 4.

Raj. *inf.* 50. n. 8.

*Habi-*

*ta. Accipitres gymnopteron Larvis intra aquam currunt, Fera crudeliter in aquam aquaticorum ; Illarum patentes Lepidoptera, erella Diptera impinguis predantur.*

*Habitat in Europa.*

*Sexus alter a tergo thoracis & abdominis marginis rubris; alter luteis.*

depressa. 5. L. alis omnibus basi nigricantibus, thorace lineis flavis, abdomine depresso-lanceolato lateribus levigate.

*Raj. inf. 140. ♂ 49. n. 4, 5. Reaum. inf. 6. t. 35. f. 1.  
Raj. inf. 2. aqu. t. 6. f. 4.  
t. 7. f. 3.*

*Habitat in Europa.*

*Hec interdum abdominis tergo carulecente occurrit.*

vulgata. 6. L. thorace strigis octo flavicantibus.

fimosa. *Fn. svec. 767.*

*Swamm. quart. t. 8. f. 6. Raj. aquat. 2. t. 5. f. 3.*

*Habitat in Europa.*

cancella-ta. 7. L. alis basi immaculatis, abdomine dorso lateribusque

interrupte luteis.

*Habitat in Europa.*

ænea. 8. L. thorace æneo-viridi.

*Fn. svec. 768, 769. L. thorace viridi nitido lineis flavis.*

*Raj. inf. 49. n. 5. & 140.*

*Raj. inf. 2. aqu. 2. t. 5. f. 2.*

*Habitat in Europa.*

grandis. 9. L. alis glaucescentibus, thoracis lineis quatuor flavis.

*Fn. svec. 770.*

*Mouff. inf. 67. n. 2. 3.*

*Raj. inf. 49. n. 2. & 140. n. 2.*

*Reaum. inf. 6. t. 38. f. 3.*

*Raj. inf. 2. aqu. 2. t. 4. f. 14.*

*Habitat in Europa.*

junccea. 10. L. alarum membranula acceſſaria nigricante, thoracis

lineis sex flavis, abdomine ad basin attenuato.

*Habitat in Europa.*

*Alarum posticarum membranula baseos nigricans in hac specie, at in antecedenti alba.*

11. L.

*Libellula his. vix. petia, ut eam devinginet, canda forcipe apprehendit femina libellula, quo vero illa, vincit volens columne, liberatur, canda sua calvifera leviter procti pectus, ubi maris arma latent; sic mitis sexibus obvolvit propria lega.*

forcipata. 11. L. thorace nigro characteribus variis flavescentibus.

*Fn. svec. 771.*

*Pet. mas. 84. n. 819.*

*Reaum. inf. 4. t. 10. f. 4.*

*6. t. 35. f. 5.*

*Habitat in Europa.*

fasciata. 12. L. alis planis fuscis: fascia alba linearis.

*Edw. av. 174. t. 174.*

*Habitat in India. De Geer.*

umbrosa. 13. L. alis planis albis: fascia fusca.

*Habitat in America. Rolander.*

*Alarum fascia in medio; apices alarum obscuriores.*

dimidia-ta. 14. L. alis planis a basi ad medium nigris.

*Habitat in America. Rolander.*

*Margo alarum etiam fuscus est, ceterum hyaline. Cauda duabus parvis mucronibus.*

chinensis. 15. L. alis superioribus testaceo-obsoletis; secundariis vi-

ridibus apice fuscis.

*Edw. av. 112. t. 112.*

*Habitat in China.*

america-na. 16. L. alis purpurascientibus: fascia alba, primoribus apice

albis; posticis linea baseos alba.

*Edw. av. 174. t. 174.*

*Habitat in America.*

*Corpus viride. Alæ fusco-purpurascentes.*

\* \* *Oculi distantes remotique.*

Virgo. 17. L. alis erectis coloratis.

a. Libellula corpore sericeo nitido, aliis luteo-fuscis mar-

gine immaculatis. *Fn. svec. 756.*

*Raj. aqu. 2. t. 9. f. 7.*

*Raj. inf. 50. n. 11.*

b. Libellula corpore sericeo nitido, aliis viridi-ceruleo-

scientibus apice fuscis: margine immaculatis. *Fn. svec.*

*757.*

*Raj. inf. 50. n. 10.*

*Homberg. Act. Parif. 3. p. 145.*

*Reaum. inf. 6. t. 35. f. 7.*

M m

J J

$\gamma$ . *Libellula* corpore viridi-cæruleo, alis subfuscis: puncto marginali albo. *Fn. svec.* 753.

*Raf. aqu.* 2. t. 9. f. 6.

*Raj. inf.* 51. n. 12.

$\delta$ . *Libellula* corpore sericeo nitido, alis inaurato-fuscis: macula nigra. *Fn. svec.* 759.

*Raf. aqu.* 2. t. 9. f. 5.

*Raj. inf.* 50. n. 9. & p. 140. n. 2.

*Habitat in Europæ fluminis.*

*Pucilla.* 18 L. alis erectis hyalinis.

$\alpha$ . *Libellula* corpore sericeo, alis puncto marginali fuscis. *Fn. svec.* 760.

*Raj. inf.* 51. n. 15.

*Raf. aqu.* 2. t. 10, II. omnes.

*Reaum. inf.* 6. t. 40. f. omnes.

$\beta$ . *Libellula* corpore incarnato, alis puncto marginali fuscis. *Fn. svec.* 761.

*Raj. inf.* 51. n. 16. & 52. n. 17.

*Reaum. inf.* 6. t. 3. f. 4. & t. 4. f. 11. f. 6.

*Raf. inf. aqu.* 2. t. 10, II.

$\gamma$ . *Libellula* corpore sericeo, alis puncto marginali nigro. *Fn. svec.* 762.

*Raj. inf.* 140. n. 1.

$\delta$ . *Libellula* corpore cæruleo cinereoque alterno, alis puncto marginali nigro. *Fn. svec.* 763.

*Gad. inf.* 3. p. 29. f. R. *Merian. eur.* 78. t. 156.

*Lift. gad.* 228. f. 103. *Raj. inf.* 53. n. 15.

*Reaum. inf.* 6. t. 35. f. 6. *Frisch. insect.* 8. t. 11.

*Habitat ad prata paludosa, viditans Muscis.*

*Varietates conjuncti, quas copula sapientis jandus vidi.*

208. EPHEMERA. Os edentulum absque palpis.

*Alæ erectæ: posticis minimis.*

*Cauda sapientis fetosa.*

\* *Cauda trifeta.*

*vulgaris.* 1. E. cauda trifeta, alis nebuloso-maculatis. *Fann. svec.* 750.

*Habitat in Europæ aquis.*

\* \* *Cau-*

Ephemera. Larvae nascunt in aqua; rotulis fastigio brevissimo frangunt gradus, prope caput et parvum.

\* \* *Cauda bifeta.*

$\alpha$ . 2. E. cauda bifeta, alis albis reticulatis, abdomine dia-

phano. *Fn. svec.* 751.

*Habitat in Europæ aquosis.*

$\beta$ . 3. E. cauda bifeta, alis albis, corpore fusco. *Fn. svec.* 753.

*Raf. inf.* 2. aqu. 2. t. 12.

*Habitat in Europæ aquosis.*

$\gamma$ . 4. E. cauda bifeta, alis albis margine crassiore nigrican-

tibus. *Fn. svec.* 754.

*Swamm. quart.* 87. *Ephemeræ minima.*

*Habitat in Europæ aquis.*

\* \* \* *Cauda mutica.*

$\delta$ . 5. E. cauda mutica, alis albis striatis. *Fn. svec.* 752.

*Habitat in Europa.*

$\epsilon$ . 6. E. nigra, alis inferioribus albis. *Fn. svec.* 755. *It. atl.* 21.

*Habitat in Europa.*

209. PHRYGANEÆ. Os edentuluni: Palpis IV.

*Antennæ thorace longiores.*

*Alæ incubentes: interiori-*

*bus plicatis.*

$\alpha$ . 1. P. nigra, alis albidis: maculis nigris sparsis.

*Uddm. dff* 53. f. 16. *Phryganea nigra*, alis albo-pal-

*lidis: maculis plurimis nigris.*

*Habitat in Europa.*

$\beta$ . 2. P. nigra, alis testaceis nervoso-striatis. *Fn. svec.* 758.

*Aldr. inf.* 76.

*Reaum. inf.* 3. t. 13. f. 8, 9?

*Habitat in Europa.*

$\gamma$ . 3. P. grisea, alis superioribus nebulosis: macula margini

*nigra. Fn. svec.* 759.

*Reaum. inf.* 3. t. 13. f. 8, 9, 11?

*Habitat in Europæ aquosis.*

M in 2

4. P.

Phryganeæ Larvae latent sub aqua intra tubos cylindricos, mobiles, a se confundere possunt et circumspectare reperiuntur in aqua inserviant.

grandis. 4. P. alis cinereo testaceis : linolis duabus longitudinalibus nigris : puncto albo. *Fn. svec.* 740.  
*Reaum. inf.* 3. t. 14. f. 4?  
*Ref. aqu.* 2. t. 17.

*Habitat in Europa, intra cylindrum ex ramentis longitudinalibus ligneis.*

rhombi- 5. P. alis flavescentibus deflexo-compressis : macula rhombica lateralisi alba. *Fn. svec.* 741.

*Reaum. inf.* 3. t. 14. f. 5.  
*Ref. inf.* 2. *agu.* 2. t. 16.  
*Habitat in Europa aquosis, intra nidum ex ramentis graninis transversis.*

bimacu- 6. P. alis fuscis : macula lateralisi duplice flava. *Fn. svec.* 742.

*Habitat in Europa aquosis.*

flavilate- 7. P. alis reticulatis, cauda inermi, thoracis lateribus flavis. *Fn. svec.* 743.

*Habitat in Europa.*

bicauda- 8. P. alis venoso-reticulatis, cauda bifeta. *Faun. svec.* 744.

*Wagn. belv.* 227, 228, 229.  
*Reaum. inf.* 3. t. 13. f. 12.  
*Habitat in Europa aquosis.*

nigra. 9. P. alis cæruleo-atris, antennis corpore duplo longioribus. *Fn. svec.* 745.

*Raj. inf.* 275.  
*Habitat in Europa.*

longicor- 10. P. alis superioribus nebuloſis, antennis corpore triplo longioribus. *Fn. svec.* 746.

*Habitat in Europa.*

filosa. 11. P. alis cylindrico incumbentibus flavescentibus, antennis corpore triplo longioribus.

*Habitat in Svecia.*

wæneri. 12. P. cinerea, alis posticis pallidioribus : margine interiore piloso albido. *It. wgoib.* 43.

*Habitat in Europa, frequens ad Lacum Wænerum Svecia.*

13. P. nigra, alis exterioribus maculis linearibus quatuor transversis albis.  
*Habitat in Svecia.* *T. Bergman.*

lineata. 14. P. nigricans, alis superioribus utroque margine linearibus duabus transversis albidis.  
*Habitat in Europa.*

nebulosa. 15. P. nigra, alis incumbentibus subcinereo-nebulosis, caudæ fetis truncatis. *Fn. svec.* 748.  
*Habitat in Europa.*

fusca. 16. P. fusca immaculata. *Fn. svec.* 749.  
*Habitat in Europa.*

17. P. alis flavo-reticulatis, antennis longitudine abdominalis.

*Habitat in Europa.*

## 210. HEMEROBIUS. Os dentibus duobus.

*Alæ deflexæ, nec plicatæ.*

*Antennæ thorace convexo longiores.*

perla. 1. H. viridis, alis hyalinis : vasis viridibus. *Faun. svec.* 731.

*Mouff. inf.* 937. *Musca chrysops.*

*Gad. inf.* 2. p. 40. t. 14.

*Alb. inf.* t. 64.

*Merian. eur.* 3. p. 49. t. 8.

*Vallifn. nat.* 1. p. 77. t. 2.

*Pet. mus.* 4. n. 6. *Perla merdam olens.*

*Raj. inf.* 274. *Musca quadripennis*, corpore luteo viridi.

*Reaum. inf.* 3. t. 33. f. 2, 5, 6. *Leo Aphidum.*

*Ref. inf.* 3. p. 127. t. 21. f. 4, 5.

*Habitat in Europa plantis, vicitans Aphidibus.*

chrysops. 2. H. viridi nigroque varius, alis hyalinis reticulatis. *Fn. svec.* 732.

*Frisch. inf.* 4. p. 40. t. 23.

*Reaum. inf.* 3. t. 3. f. 14, 15, 16.

*Ref. inf. app.* 1. p. 126. t. 21. f. 3.

*Habitat in Europa.*

Phalæ- 3. H. testaceus, alis basi mucronatis; margine dorsali po-  
noides. stice excisis.  
*Habitat in Europa.*

Formica- 4. H. hirtus, alis nebulosis: vasis pilosis, antennis clavatis  
lo. Fn. svec. 733. It. al. 149, 206. Hemerobius formicarius  
Reaum. inf. 4. t. 14. f. 18, 19. & t. 11. f. 8. & 6. t. 33,  
34.  
Ref. inf. 3. p. 101. t. 17, 18, 19, 20.  
Valen. oper. 1. p. 77. t. 2.  
*Habitat in Europa arena, retrogradus in sovae excavatae fornicis instar, Formicis imprimis vicitans.*

Formica- 5. H. alis hyalinis immaculatis, antennis clavatis.  
lynx. Ref. inf. 3. t. 21. f. 2.  
*Habitat in Africa.*

testaceus. 6. H. fusco-testaceus, alis nigris corpore triplo longioribus.  
*Habitat in America. Rolander.*  
Corpus totum obscurare testaceum. Caput atrum, glaber-  
rimum. Antennæ testacea ex globis pilosis, vix  
thorace longiores. Abdomen brevissimum. Alæ plu-  
ne incuncientes una supra alteram.

margina- 7. H. favus, alis hyalinis margine fuscis corpore triplo  
lis. longioribus.  
*Habitat in America. Rolander.*  
Similis priori, excepto colore & Antennis paulo longu-  
ribus.

Humali- 8. H. alis albis punctis fuscis, antennis albo-fuscoque  
bus. annulatis. Fn. svec. 734.  
*Habitat in Europa.*

sexpon- 9. H. alis albis: maculis fuscis postice punctis sex disti-  
ctatus. Etis, antennis fuscis. Fn. svec. 735.  
*Habitat in Europa.*

flavicans. 10. H. niger, thorace abdomineque flavis. Fn. svec. 736.  
*Habitat in Europa.*

Iutarius. 11. H. niger, alis albidis striatis albo maculatis. Fn. svec.  
737. (sub Pteryganea).  
Hoff. pict. t. 12. Ref. inf. 2, aqu. 2, t. 13.

*Habitat in Europæ plateis, imprimis vere.*  
Larva Roselii accedens Ephemoris singulare insectum  
redit.

fuscus. 12. H. fuscus, alis griseis nigro maculatis.

Ref. inf. 3. t. 21. f. 1.

*Habitat in Africa & Europa australi.*

fuscus. 13. H. albus, oculis viridi-aeneis.

*Habitat in Europa.*

Simillimus H. Perlæ, sed totus albus, ne quidem vasis  
alarum obscuris.

cornutus. 14. H. maxillis corniformibus porrectis thorace longiori-  
bus.

*Habitat in Pensylvania. De Geer.*

Alter sexus cornibus teretibus majoribus levibus, alter  
vero brevioribus & introrsum denticulatis.

Pedicu- 15. H. virescens, antennis longitudine corporis.

larius. *Habitat in Europa.*

Hic ita Termiti pulsatorio similis, ut dentis alis vix  
differat facie; an sexu?

III. PANORPA. Rostrum corneum, cylindricum:  
palpis . . .

Antennæ thorace longiores.

Cauda maris chelata.

communis. 1. P. alis æqualibus nigro maculatis.

Fn. svec. 729. Panorpa.

Alar. inf. 386. f. 8, 9. & 387. f. 5, 6. Musca scoriæ.

Frisch. inf. 9. p. 29. t. 14. f. 1. Scorpio Musca.

Mouff. inf. 62. f. 3. 4.

Reaum. inf. 4. t. 8. f. 9.

*Habitat in Europa.*

Mas cauda chelifera; femina inermi.

germani. 2. P. alis æqualibus hyalinis apice fuscis.

*Habitat in Germania. P. Forskål.*

Priori dimidio minor. Cauda magis pallida. Ala tan-  
tum apice fusca & punto ad marginem exteriorem.

Coa. §. P. alis posticis linearibus longissimis.

*Haffelqv. iter. 423. Ephemera coa.*

*Aet. Stockb. 1747. p. 176. t. 6. f. 1.*

*Habitat in Coa Metellina & insulis Archipelagi.*

212. RAPHIDIA. Os dentibus duobus in Capite de-  
preso corneo.

*Alæ deflexæ.*

*Antennæ longitudine Thoracis an-  
tici elongati cylindrici.*

*Cauda feminæ seta recurva laxa,*

*ophicpis. I. RAPHIDIA. Fn. svec. 730.*

*Roxel. inv. app. I. p. 130. t. 21. f. 6, 7.*

*Habitat in Europa.*

*Pupa hujus currit matri simillima, licet aptera,*

## V. HYMENOPTERA.

*Alæ quatuor membranaceæ, plerisque.*

*Aculeus caudæ, sed nullus in Maribus.*

13. CYNIPS. Os maxillis absque proboscide.

*Aculeus spiralis, saepius reconditus.*

Rofo. 1. C. nigra, abdomine ferrugineo postice nigro, pedibus ferrugineis.

*Faun. svec. 933. Tenthredo antennis 12-nodiis nigris,  
abdomine subtus ferrugineo, pedibus flavis, aliis im-  
maculatis.*

*Blank. inf. t. 16. f. V-Z.*

*Reaum. inf. 3. t. 46. f. 5-8. & t. 47. f. 1-4.*

*Habitat in Bedeguar Rosarum hispido.*

Hieracii. 2. C. Hieracii murorum.

*Fn. svec. 950. It. scan. 280.*

*Barth. aet. 1671. t. 283. Valent. virid. t. 328. f. 1.*

*Obemn. brunsv. t. 7. Hench. wittenb. 1. t. 1.*

*Habitat in Hieracii murorum galla caulina birta.*

Glecho. 3. C. Glechomæ hederaceæ.

Fn. svec. 949. It. wgoth. 107.

Blank. inf. 186. Welsch. hecst. t. 127. f. 1.

Pancow. herb. 709. Reaum. inf. 3. t. 42. f. 1-5.

Elshol. march.

*Habitat in Glechomæ hederaceæ gallis foliorum globosis  
scabris.*

Quercus 4. C. nigra, basi antennarum pedibusque flavescentibus.

baccarū. Uddm. diff. 81. t. 1. f. 14.

*Habitat in Gallis foliorum Quercus pellacidis, subglobo-  
sis, paginae inferiori insertis, magnitudine Pisi, exiens  
media astate.*

Quercus 5. C. nigra, thorace lineato, pedibus griseis, femoribus  
iolii, subtus nigris.

Fn. svec. 947.

Rbed. inf. 157. Frisch. inf. 2. t. 3. f. 5.

M in 5

Reaum.

*Cynipis Larva plerique intra Gallas plantarum, quas causantur, latent.*

## V. HY-

*Reaum.* *inf.* 3. *t.* 39. *f.* 14-17. *Leuwenb.* *nat.* 217.  
*Blank.* *inf.* 4. *t.* 16. *f.* A-H.  
*Raf.* *inf.* *app.* *t.* 52, 53. *f.* 10, 11.  
*Habitat in* *Gallis foliorum Quercus globosus pagina infestiore;* *avellanae magnitudine.* *Amen. acad.* 3. *p.* 324.

*Quercus* 6. *C. nigra*, *pedibus albidis, femoribus fuscis, petiolii.* *Raf. inf. app.* *t.* 35, 36.  
*Habitat in* *Quercus petiolo s. ramulo, Galla cava utrinque convexa.*

*Quercus* 7. *C. grisea*, *alis cruce linearie, pedunculis.* *Reaum. inf.* 3. *t.* 40. *f.* 1-6.  
*ii.* *Habitat in* *Quercus floribus masculis, Gallis granulatis in catenas nodorum.* *Amen. acad.* 3. *p.* 324.

*Quercus* 8. *C. gemmæ Quercus Robotis.*  
*gemmae.* *Fn. svec.* 948. *Tenthredo gallæ imbricatae.*  
*Reaum. inf.* 3. *t.* 43. *f.* omnes.  
*Habitat in* *Quercus gemma terminali, in gallam imbricataam tumefeste.*

*Fagi.* 9. *C. Fagi sylvaticæ.*  
*Fn. svec.* 946. *Tenthredo gallæ foliorum Fagi.*  
*Frisch. inf.* 2. *t.* 5.  
*Habitat in* *Fagi sylvaticæ foliis.*

*viminalis.* 10. *C. flava*, *thorace nigro.*  
*lis.* *Raf. inf.* 2. *Vesp.* *t.* 10.  
*Habitat in* *Salicis viminalis foliis sub costa.*

*Salicis* 11. *C. atra*, *thoracis tergo virescente.* *Fn. svec.* 941.  
*strobilii.* *Habitat in* *Salicis glabrae apicibus ramulorum strobiliformibus e foliis.*

*Ameri-* 12. *C. nigra*, *pedibus pallidis.*  
*na.* *Habitat in* *Salicis pentandrae Gallis inqualibus, rami terminantibus.*

*Pfenes.* 13. *C. Ficus Caricae.* *Haffelqv. iter.* 424. *n.* 111, 112.  
*Amen. acad.* 1. *p.* 41.  
*Habitat in* *grossis Ficus Caricae orientalis.*

*Sycomori.* 14. *C. Ficus Sycomori.* *Haffelqv. iter.* 426. *n.* 113.  
*Habitat in* *Egypti Ficus Sycomori grossis.* *Haffelqv.*  
*Fuscat*

*Fuscus aculeo longitudine corporis exerto, sed debili, laxo, ut vix videatur Cynips esse. Corpus leue glabrum nigrum; thorax longitudine abdominis. Antennæ thorace breviores, subulatae, basi crasso-conice.*

214. TENTHREDO. *Os maxillis absque proboscide. aliae planæ tumidæ.*  
*Aculeus laminis duabus ferratis vix prominentibus.*

\* *Antennæ clavatis.*

*femora-* 1. *T. antennis clavatis luteis, corpore atro, femoribus posterioribus maximis.*  
*ta.* *Habitat in Europa.*

*juxta.* 2. *T. antennis clavatis inteiis, abdominis segmentis plerique flavis.* *Fn. svec.* 923.  
*Ged.* *inf.* 1. *t.* 64. *Frisch.* *inf.* 4. *t.* 25.  
*Lift.* *gad.* *f.* 77. *a.* *Raf. vesp.* *t.* 13.  
*Habitat in* *Salice, Alno, Betula.*

*Ameri-* 3. *T. antennis clavatis, pedibus abdomeque subtus ferrugineis, corpore cinereo.*  
*na.* *Raf. inf.* 2. *Vesp.* *t.* 1.  
*Habitat in* *Salice.*

*lucorum.* 4. *T. antennis clavatis nigris, corpore villoso atro.* *Favn. svec.* 927.  
*Habitat in* *Betula Alno.*

*fasciata.* 5. *T. antennis clavatis nigris, abdomine glabro atro, aliis superioribus fascia fusca.*  
*Habitat in* *Europa.*

*america-* 6. *T. antennis subclavatis, thorace luteo, abdomine canuleo, aliis nigris.*  
*na.* *Habitat in* *America.* *Rolander.*  
*Pedes lutei at Tibiae postice nigræ. Basis alarum carunculata.*

7. T.  
*Tentredinis Laræ plerique folia plantarum exsudant, polypodeæ, seu pedicellis quam XVI communiter insinuatae.*

nitens. 7. T. antennis clavatis luteis, abdomine glabro cæruleo lucecente.

*Habitat in Europa.*

*In abdominis dorso macula oblonga nigra per 4 segmenta extensa.*

\* \* *Antennas pectinatis.*

Pini. 8. T. antennis pectinatis lanceolatis, thorace subvilloso.

*Uddm. diff. 90. f. 13.*

*Habitat in Pini foliis.*

*Mas niger tibie & femoribusque fulvis. Femina duplo major grisea, antennis ferratis.*

*Larva carulea extremitatibus fulvis.*

Juniperi. 9. T. antennis pectinatis obtusis, thorace glabro.

*Uddm. diff. 91. f. 12.*

*Habitat in Junipero.*

*Maris tibiæ & femora fulva. Femina antennis ferratis.*

*Larva viridis adspersa punctis nigris.*

\* \* \* *Antennas subclavatis continuis, nec articulatis.*

ustulata. 10. T. antennis subclavatis continuis, thorace cærulecente, alis macula fusca.

*Habitat in Europa.*

rufica. 11. T. antennis subclavatis, abdomine nigro : cingulis quatuor flavis.

*Habitat in Europa.*

\* \* \* \* *Antennas filiformibus, articulis 7 l. 8 excepta basi.*

Scrophu- 12. T. antennis septemnodiis luteis, abdomine cingulis quinque flavis : primo remotore. *Fn. svec. 935.*

*Reaum. inf. 5. t. 13. f. 12-23.*

*Blakw. herb. t. 87. f. 10.*

*Habitat in Scrophularia varia.*

*Maris femora postica linea flava longitudinali subtus nata.*

pratenis. 13. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, abdominis segmentis quatuor ferrugineis. *Fn. svec. 928.*

*Frisch. inf. 2. t. 1. f. 21-24.*

*Habitat in Europa.*

Cerasi. 14. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, pedibus luteis.

*Reaum. inf. 5. t. 12. f. 1-5.*

*Habitat in Cerasi foliis, que involvit ut mutetur.*

Salicis. 15. T. antennis septemnodiis, corpore flavo, vertice capitis thoracisque nigro. *Fn. svec. 927.*

*Reaum. inf. 5. t. 11. f. 10.*

*Habitat in Salicibus variis.*

melome. 16. T. antennis septemnodiis, abdomine subflavo : dorso nigro arcibus flavescientibus. *Fn. svec. 936.*

*Habitat in Europa.*

rufipes. 17. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, abdomine cingulis duobus luteis, pedibus rubris.

*Habitat in Europa.*

campestris. 18. T. antennis septemnodiis, corpore nigro, abdominis cingulo flavo inaequali, pedibusque flavis.

*Habitat in Europa.*

atra. 19. T. antennis septemnodiis, corpore atro, pedibus rubris.

*Habitat in Europa.*

viridis. 20. T. antennis septemnodiis, corpore viridi, abdomine supra fusco.

*Habitat in Europa.*

Rosæ. 21. T. antennis septemnodiis, corpore flavo, costa alarum superiorum longitudinali nigra. *Fn. svec. 929.*

*Raf. inf. 2. vesp. t. 2. Reaum. inf. 5. t. 14. f. 10-12.*

*Habitat in Rosa.*

cincta. 22. T. antennis septemnodiis, corpore atro, abdomine cingulo albo.

*Habitat in Rosa.*

livida. 23. T. antennis septemnodiis, corpore atro, abdomine supra infraque livido.

*Habitat in Europa.*

*Alter sexus antennis annulo albo & puncto albo utrinque ad basin abdominis ; alter vero hac albedine caret.*

septentrionalis. 24. T. antennis septemnodiis, pedibus posticis compressis dilatatis.

*Habi-*

*Habitat in Europa. T. Holm, M. D. Danus.*  
*Antenne nigrae. Caput nigrum. Thorax niger. Abdomen cylindricum, ferrugineum, basi nigrum. Pedes ferruginei. Tibiae postice basi albae, versus atrae duplice articulo compressae & dilatae in figuram hemisphaeriam, sed verticalem.*

12-pun- 25. *T. antennis septemnodis, corpore atro: punctis 12 albis, data.* *Habitat in Europa.*

*Corpus totum nigrum. Macula alba utrinque ante alas in thorace. Scutellum album. Tria segmenta abdominis macula utrinque alba. Ultimum segmentum abdominis atrae album. Femora secundi paris macula alba. Tibiae annulo flavo. Labia flava.*

\* \* \* \* \* *Antennis setaceis articulis plurimis.*

erythro- 26. *T. antennis setaceis, corpore cæruleo, capite rubro,*  
*cepacia. Udin. diff. 89.*

*Habitat in Pino.*  
*Mas testus atro, ore tibiisque anticus luteis.*

Abietis. 27. *T. antennis setaceis, corpore nigro, abdominis quatuor segmentis fuiyis.*  
*Habitat in Pino.*

sylvatica. 28. *T. antennis setaceis, corpore nigro, pedibus thoracisque characteribus flavis. Fn. suec. 931.*  
*Habitat in Europa.*

pemora- 29. *T. antennis setaceis, corpore atro, abdominis segmentis lateribus albis.*  
*Habitat in Europa.*

Cynos- 30. *T. antennis setaceis, corpore atro, pedibus ferrugineis: posticis albo nigroque annulatis. Fn. suec. 937.*  
*Reaum. inf. 5. t. 15. f. 1-6.*  
*Habitat in Rosa.*

reticula- 31. *T. antennis setaceis, alio pallido fuscoque variis, versus elevatis albis reticulatis.*  
*Habitat in Finlandia. T. Holm.*

*Caput nigrum lateris albis. Collum flavescens, ubi autem jungitur thoraci supra transverse truncatum. Abdomen supra lateum, sed versus cardam nigrum.*

*Alæ fuscae fasciis pallidis, venis albis, crassis, elevatis, notabiliter admodum venosis.*

Betula. 32. *T. antennis setaceis, corpore rubro, thorace atrae oculisque nigris, alis postice fusca.*

*Habitat in Betulis. D. C. Solander.*

*Magnitudo & statura T. erytrocephale. Antenne setacee rubrae, apice fuscae articulis 24. Caput rubrum sulcis 2 longitudinalibus. Oculi nigri. Puncta 3 conglobata nigra verticis. Thorax niger, antice ruber. Abdomen rubrum postico segmento nigro. Pedes rubri. Alæ glaucae, versus apices fuscae.*

faluum. 33. *T. antennis setaceis, corpore nigro, abdome luteo.*  
*Habitat in Svecia.*

*Addende (Larvas vidi, non exclusi.)*

Intercus. 34. *T. nigra, pedibus flavis.*

*Habitat in foliis Arctii, Atropæ, subcutaneis.*

Romicis. 35. *T. Romicis Lapathi.*

*Reaum. inf. 5. t. 10. f. 13, 14.*

*Habitat in Romicibus Lapathis diffis.*

Ulni. 36. *T. Ulni campestris.*

*Reaum. inf. 5. t. 10. f. 16.*

*Habitat in Ulni campestris foliis.*

Alni. 37. *T. Betula Alni.*

*Reaum. inf. 5. t. 11. f. 1, 2.*

*Habitat in Betula Alni foliis.*

Pruni. 38. *T. Pruni.*

*Reaum. inf. 5. t. 12. f. 16.*

*Habitat in Pruno.*

Lonicæ. 39. *T. Lonicerae.*

*Reaum. inf. 5. t. 13. f. 8, 10.*

*Habitat in Lonicera.*

Capreæ. 40. *T. Salicis. Fn. suec. 933.*

*Lift gæd. 125. f. 49. frisch. inf. 6. t. 4.*

*Gæd. inf. 1. t. 19.*

*Reaum. inf. 5. t. 11. f. 5, 6.*

*Alb. inf. 59. f. g. b.*

*Habitat in Salicibus.*

215. ICHNEUMON. Os maxillis absque proboscide.  
*Antennæ exsertus vagina cylindrica bivalvi.*  
*Abdomen laevis petiolatum.*  
*Alæ lanceolatae planæ, in omnini sexu.*

\* *Abdomine sessili apice macronato.*

gigas. 1. I. abdome mucronato ferrugineo: segmentis 3, 4, 5, 6 nigris, thorace villoso. *Fn. suec. 925.*  
*Linn. act. Stockb. 1759. t. 3. f. 7.*  
*Reaum. inf. 6. t. 31. f. 1, 2.*  
*De Geer. inf. 1. t. 36. f. 1, 2.*  
*Rof. inf. 2. vesp. t. 8. 9.*  
*Habitat in Svecia frequens.*  
*Mas abdome mucronato ferrugineo: segmentis 1, 2, 3 fascis. Thorace villoso; Pedibus posticis nigris, corpore sextuplo minore.*

Spec. 2. I. abdome mucronato atro, thorace villoso linea antice alas lutea.  
*Fn. suec. 926.*  
*Amoen. acad. 3. p. 325.*  
*De Geer inf. 1. t. 36. f. 6.*  
*Habitat in Lignis putridis antiquis Pini & Abietis.*

Juvencus. 3. I. abdome inacronato atro-cærulefente, thorace unicolo villoso.  
*Fn. suec. 954.*  
*De Geer inf. 1. t. 36. f. 7.*  
*Habitat in Sylvis.*  
*Similis I. spectro, sed caret litura ante alas lutea; aculeoque abdome longe breviore instruitur.*

Camelus. 4. I. abdome mucronato atro lateribus albo maculato, thorace laevi.  
*Udm. diff. 82.*  
*Habitat in Ligno putrido.*  
*Antennæ nigrae; præcedentium 1, 2, 3 flavæ.*

\* \* Sen.

Ichneumonis Larva plerunque intra alia infecta, & in primis intra Larvas Lepidopterorum aliquaque vivunt, quas intus consumunt.

\* \* *Scutello albido; Antennæ fascia albida annulatis.*

segillato. 5. I. scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis rius, atro: segmentis tribus utrinque puncto albo.

*Habitat in Europa.*

*Pedes nigri. Abdominis segmenta tria prima utrinque unico puncto albo.*

raptorius. 6. I. scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis segmento secundo tertioque luteis, reliquis apice albis.

*Habitat in Europa.*

*Thorax immaculatus vel callo tantum ad basim ale.*

*Femora posteriora 4 nigra.*

arcuato. 7. I. scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis rius, segmento tertio posterius secundoque ferrugineis, sexto flavo.

*Fn. suec. 976.*

*Habitat in Europa.*

extenso. 8. I. scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis rius, segmento secundo tertioque ferrugineis, ultinis apice alvidis.

*Fn. suec. 980.*

*Habitat in Europa.*

culpato. 9. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdominis rius, segmento secundo tertioque ferrugineis, reliquis nigris.

*Habitat in Europa.*

constricti. 10. I. scutello flavicante, thorace bidentato submaculato, abdominis segmento secundo ferrugineo.

*Habitat in Europa.*

saturato. 11. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdominis rius, nigri segmento ultimo albidio.

*De Geer. inf. 1. t. 23. f. 16.*

*Habitat in Europa.*

crispato. 12. I. scutello flavicante, thorace submaculato, abdominis rius, toto luteo-ferrugineo: spicæ subfuscescente,

*Habitat in Europa.*

pictus. 13. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdomine toto luteo.

*Fn. svec. 966, 968.*

*Habitat in Larva Phalænae Pisorum.*

\* \* \* *Scutello albido; Antennis nigris totis.*

*Iuctatorius.* 14. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdominis segmento secundo tertioque luteis.

*Habitat in Europa.*

*Volutatorius.* 15. I. scutello flavicante, thorace variegato, abdominis segmentis omnibus dorso flavis.

*Habitat in Europa.*

*Pedes rufi.*

*Vaginato.* 16. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdominis segmentis marginis flavis: primo quintoque unicolori.

*Habitat in Europa.*

*Pedes rubri: postici nigro fasciati.*

*Perfusato.* 17. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: segmentis omnibus utrinque punctis duobus albis.

*Fn. svec. 964.*

*De Geer inf. t. 36. f. 8.*

*Habitat in Europa.*

*Aculeus corpore longior. Pedes ferruginei. Abdomen sericeus; statuta I. manifestatoris.*

*Designatorius.* 18. I. scutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro: segmentis primis quatuor utrinque puncto albo.

*Fn. svec. 965.*

*Habitat in Europa.*

*Pedes postici nigri.*

*Edictatorius.* 19. I. scutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque duobus abdomineque toto atro.

*Habitat in Europa.*

*Deliratorius.* 20. I. scutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque tribus abdomineque toto atro.

*Habitat in Europa.*

*Follorius.* 21. I. scutello flavicante, thorace immaculato, abdomine toto atro.

*Habitat in Europa.*

\* \* \*

\* \* \* \* *Scutello thorace concolore; Antennis fascia annulatis.*

*Ariolator.* 22. I. thorace ferrugineo bispinoso, alis fasciis binis fasciis, abdomine fasciis duabus albis.

*Habitat in America. Muy. De Geer.*

*Parvus.* Linea alba inter utramque oculum & Caudam. Antenna nigra annulo albo. Thorax a tergo postice dentibus duobus. Ale primores albe macula fusca in meato & apice; secundarie totæ albae.

*Comata.* 23. I. ater totus, antennis fascia alba.

*Habitat in Europa. D. C. Solander.*

*Peregrinator.* 24. I. niger, pedibus subclavatis abdomineque ferrugineis: segmentis duobus ultimis nigris, uno albido.

*Habitat in Europa.*

*Pediculo duplo major.*

*Incubitor.* 25. I. niger, abdomine ferrugineo; apice nigro macula alba, alis hyalinis, antennis fasciatis.

*Habitat in Europa.*

*Reluctator.* 26. I. niger, abdomine medio piceo, tibiis anticis clavatis.

*Habitat in Europa.*

*Aculeus longitudine sere corporis, ruber.*

\* \* \* \* \* *Scutello thoraci concolore; Antennis nigris setaceis.*

*Denigrator.* 27. I. corpore atro, alis nigris lunula hyalina, abdomine testaceo subfessili.

*Habitat in Europa. G. T. Holm. M. D.*

*Desertor.* 28. I. corpore luteo; alis fuscis: fasciis duabus albis.

*Habitat in Europa.*

*Sequentes alas hyalinas gerunt.*

*Cornuta.* 29. I. corpore artibusque atris, alis fusco hyalinis.

*Habitat in Europa.*

*Manifestator.* 30. I. corpore atro immaculato, abdomine fessili cylindrico, pedibus rufis.

*Raj. inf. 256. n. 18. b.*

*De Geer. inf. t. 36. f. 9. Reaum. inf. 6. t. 29. f. 16.*

*Habitat in locis glarosis; In fasciculo foliorum Salicis foramen dentibus rodebat; antennis insertis recognoscerebat latenter larvam. Rolander.*  
*Aculeus corpore sepe duplo longior.*

compon- 31. I. corpore atro immaculato, abdomine subpetiolato ob-  
ceptor. longo, pedibus rufis, aculeo antennis breviore.  
*Habitat in Europa.*

declusor. 32. I. corpore nigro, abdomine ferrugineo basi apiceque  
nigro, femorum posticorum patellis solis nigris.  
*Habitat in Europa.*

venator. 33. I. corpore atro immaculato, abdominis basi subtus in-  
carnata, pedibus rufis, aculeo retractili,  
*Habitat in Europa.*

extensor. 34. I. corpore nigro immaculato, abdomine cylindrico,  
pedibus rufis, tentaculis setaceis.  
*Fn. svec. 986.*  
*Habitat in Europa.*

exarator. 35. I. corpore piceo immaculato, abdomine femoribusque  
clavatis, tentaculis setaceis, alis macula nigra albaque.  
*Habitat in Europa.*  
*Parvus angustus longiscaulis pedibus, aculeo corpore la-  
giore.*

Turio- 36. I. niger, abdomine cylindrico, macula alarum fuscis  
nella. alba infusa, tibiis posterioribus albo annulatis.  
*Habitat in Larva Phalena Turionella.*  
*Antennae longitudine corporis; aculeus abdomine brevior;*  
*Pedes ferruginei; quatuor posteriores tibiæ fuscæ ar-  
nule albo; sed Mas bac nota definitior.*

Strobilel- 37. I. niger, aculeo corpore duplo longiore, pedibus palli-  
læ. dis ferrugineis: posticis nigris.  
*Fn. svec. 971?*  
*Habitat in Larva Phalena Strobilella.*

Modera- 38. I. niger, abdomine petiolato compresso, ore tentacu-  
tor. lato, pedibus pallidis, aculeo corpore subbreviore.  
*Habitat in Larva Ichneumonis strobilellæ, qua confor-  
ta folliculum cranio superstite inedificat. Rolander.*

Refincl. 39. I. niger, pedibus fuscis, abdomine subcylindrico ses-  
tæ, antennis basi luteis.

*Habitat in Phalena refinella Larva. Rolander.*  
*Angustus, oblongus, immaculatus. Antennæ corpore lon-  
giores; basis antennarum fuscæ.*

preroga- 40. I. niger, pedibus fuscis, abdomine oblongo obtuso.  
tor. *Habitat in Larva Phalena Salicis.*  
*Antennæ vix corporis longitudine, nec basi fuscæ.*

monda- 41. I. niger, abdominis segmento secundo tertioque fer-  
ruginosis: apice supra albo, antennis unicoloribus.  
*Habitat in Europa.*

tillicator. 42. I. niger, abdomine pedibusque quatuor anterioribus fer-  
ruginosis.  
*Habitat in Europa.*

*Peticulus abdominis pedesque postici, exceptis plantis al-  
bis, nigri.*

enerva- 43. I. niger, abdominis tribus primis segmentis rufis: api-  
tor. ce supra albo, antennis albo fasciatis.  
*Habitat in Europa.*

gravida- 44. I. niger, abdominis primo segmento ferrugineo abdo-  
men dimidium obtegente.  
*Habitat in Europa.*

inculca- 45. I. niger, abdomine falcato toto ferrugineo.  
tor. *Fn. svec. 972.* *Reaum. inf. 6. t. 30. f. 9.*  
*Habitat in Europa.*

pugilla- 46. I. niger, abdomine falcato: segmentis secundo tertio  
quartoque rufis, pedibus tenuius ferrugineis.  
*Fn. svec. 975.* *Raj. inf. 255. n. 17.*  
*De Geer inf. 1. t. 6. f. 12.*  
*Habitat in Phalena Ziczac larva.*

ruspator. 47. I. niger, abdomine subcylindrico, pedibus ferrugineis,  
femoribus clavatis: posticis dentatis.  
*Habitat in Europa.*

jaculator. 48. I. niger, abdomine falcato: segmento secundo tertio  
quartoque rufis, tibiis posticis clavatis.  
*Fn. svec. 985.* *Morff. inf. 1. 121.*

*De Geer. inf. 1. t. 36. f. 10. Reaum. inf. 4. t. 10. f. 14.*  
*Habitat in Apis truncorum, floriferissimæ, Sphegisque*  
*figuli larvis. Bergman.*

affecta- 49. I. niger, abdomine falcato: segmento secundo tertio  
tor. quartoque latere rufis, tibias posticis clavatis.  
*Habitat in Europa.*  
*Similis antecedenti, at dimidio minor, aculeo brevissimo,*  
*nec corpus aquante.*

Append. 50. I. niger, abdome brevissimo thoraci imposito, pedi-  
gaster. bus posticis longissimi.

*Reaum. inf. 6. t. 31. f. 13.*  
*Brown. jan. 439. t. 44. f. 6.*  
*Habitat in America. In Hispania. Z. Hallman.*  
*Corpus nigrum. Aliæ partæ, hyalinæ. Thorax purpura-*  
*taris excavatis, postice obtusissimus, rugosus. Ab-*  
*domen nitidum, compressum, lenticulare, minimum,*  
*migrait. ante feminis lata, dorso thoracis affixum pe-*  
*tivum. Antennæ filiformes, longissimæ.*

\* \* \* \* \* *Antennæ lateis setaceis.*

luteus. 51. I. luteus, thorace striato, abdome falcato.  
*Fa. suec. 967.* *Gwd. inf. 2. t. 37.*  
*R. J. inf. 252. n. 6.* *Lijf. gwd. t. 20. f. C.*  
*Habitat in Europa frequens ad plateas.*

ramidu- 52. I. luteus, abdome falcato: apice nigro,  
lus. *Fa. suec. 969.*  
*Kai. inf. 253. n. 7.*  
*Habitat in Europa.*

glauco- 53. I. luteus, pectore nigro, abdome falcato: ano nigro.  
 pterus. *Fa. suec. 973.*  
*Habitat in Europa.*

circum- 54. I. niger, abdome falcato: antice luteo, pedibus po-  
texus. *Sicis nigro geniculatis. Fa. suec. 974.*  
*Habitat in Europa.*

cinctus. 55. I. ater, antennis pedibusque ferrugineis, alis albis fa-  
sciis duabus nigris.  
*Fa. suec. 984.*  
*Habitat in Europa.*

\* \* \* \* \* *Miunti Antennis filiformibus. Abdomine*  
*ovato scili.*

Mosca- 56. I. auratus, pedibus flavis saltatoriis.  
 rum. *De Geer inf. 1. t. 32. f. 19, 20.*  
*Habitat in Larvis Muscarum aphidivorarum.*

Bedegua- 57. I. auratus, thorace viridi, abdome aureo. *Faun.*  
 ris. *fvec. 939.*  
*Ræf. inf. app. t. 53. f. F. H.*  
*Blank. inf. 188. n. 12.*  
*Habitat in Gallis Rosæ, Quercus.*  
*Aculeus longitudine corporis.*

Juniperi. 58. I. auratus viridis, antennis nigris, puncto alarum  
 rubro.  
*Fa. fvec. 987.*  
*Habitat in Tipula juniperi Larva.*

Papa- 59. I. auratus cæruleus, abdome viridi nitido, pedibus  
 rum. pallidis.  
*De Geer inf. 1. t. 30. f. 18.*  
*Ræf. inf. 2. vesp. t. 3.*  
*Habitat in Pupis Papilionum.*

Larva- 60. I. auratus viridis, abdome nigro: macula dorsali pur-  
 rum. *purascente, pedibus flavis, antennis septemmodiis.*  
*De Geer Act. Upsal. mff.*  
*Habitat in Larvis Phalænarum variarum.*

Cyniphi- 61. I. auratus viridis abdome fusco: basi cingulo palli-  
 dis. *do, pedibus flavescentibus. Fa. fvec. 942.*  
*Habitat in Larvis cyniphidis gallarum Salicis pentandriæ*  
*intus concameratarum.*  
*Antennæ reliquisque parum differt a precedenti.*

Cocco- 62. I. nigro-æneus, abdome cærulecente, pedibus li-  
 rum. *vidis.*  
*De Geer inf. 1. t. 35. f. 17.*  
*Habitat in Coccis.*

Secalis. 63. I. niger, capite rufo, oculis viridibus.  
*Habitat in Larvis spicarum Secalis.*

Subcutaneus. 64. I. niger, alis hirsutis: macula lunari nigra, antennae subfiliformibus.

*De Geer inf. 1. t. 30. f. 21.*

*Habitat in Larvis subcutaneis.*

Aphidum. 65. I. niger, abdomine basi pedibusque anticus genibusque posticis flavis. *Fn. svec. 953.*

*It. gotl. 307.*

*Frisch. inf. 11. t. 19.*

*Habitat in Aphidibus.*

Ovulorum. 66. I. niger, pedibus rufis; antennis filiformibus longis.

*De Geer inf. 1. t. 35. f. 11, 12, 13.*

*Habitat in ovis Lepidopterorum.*

globatus. 67. I. niger, pedibus ferrugineis.

*Fn. svec. 951.*

*Merion. eur. t. 22.*

*Frisch inf. 6. t. 10.*

*Raj. inf. 253. n. 13.*

*Reaum. inf. 2. t. 35. f. 5, 6.*

*Lob. m. theol. 1. 8. c. 6. n. 21.*

*Habitat in Colmis intra folliculum communem, bombyci-um, faberundinam, album.*

glomeratus. 68. I. niger, pedibus flavis.

*Fn. svec. 952.*

*Gad. inf. 1. p. 59. n. 11.*

*Reaum. inf. 2. t. 33. f. 2, 7, 8.*

*Mer. europ. t. 48.*

*De Geer inf. 1. t. 16. f. 6.*

*Raj. inf. 260, 254. n. 12.*

*Raj. inf. 2. vesp. t. 3.*

*Habitat in Larvis Papilionum: exentes proprios foli-licules flavos necant, intra quos exclusa pupa obser-vant Papilionis pupam, nuper exuta larva, in quam eva immittunt.*

pedunculus. 69. I. ater, antennis ramosis.

*cornis. De Geer inf. 1. t. 16. f. 6.*

*De Geer Act. Stockh. 1700. p. 464. t. 1. 4-6.*

*Habitat in Larvis subcutaneis Quercus.*

216. SPHEX. *Os maxillis absque proboscide.*

*Alae plano-incumbentes (nec plicatae), in omni sexu,*

*Aculeus punctarius reconditus.*

\* *Abdomine petiolato: petiolo elongato.*

argillacea. 1. S. ferruginea, abdominis petiolo uniarticulato curvato, antennae clavatis, maxillis porrectis.

*Habitat Surinami intra globos argillaceos larva. Ro-lander.*

*Maxilla prominent edentula, rostrum bivalve ambientes,*

*sabulosa. 2. S. nigra hirta, abdominis petiolo biarticulato: segmen-to secundo tertioque ferrugineis.*

*Frisch. inf. 2. t. 1. f. 6, 7.*

*Habitat in terra sabulosa Europæ, ubi Canis inflat pedi-bus anterioribus canitum fodit larvamque Phalane-vel Aranearum semimortuum in eo sepelit, cui ovulum con-credere; quo facto orificium terra claudit.*

*Alae abdomine dimidiis breviores. Rostrum retractile bi-valve lingua continens.*

asiatica. 3. S. ferruginea, thorace variegato, abdominis petiolo macula utrinque ad basin flava, thorace variegato.

*M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

egyptia. 4. S. nigra, petiolo abdominis pedumque articulis dimi-diatis flavis.

*Habitat in Ægypto. Hasselqvist.*

fervens. 5. S. nigra, abdomine petiolato ferrugineo, aliis cærule-scentibus. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

inda. 6. S. atra, abdomine petiolato, aliis nigro-cærulecentibus margine tenuiore hyalino. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Facie cum antecedenti convenit.*

clavigera. 7. S. nigra, abdominis petiolo ferrugineo uniarticulato cla-vato, pedibus clavatis.

N n 5

Habi-

*Sphecia Larva consumunt occisa Insecta ad que mater eva sepelit.*

*Habitat in Europa.*

*Parsa est. Abdomen ferrugineum excepto petiolo. Primæ tibie posse clavata.*

*Spirifex. S. S. atra, thorace hitto, petiolo uniarticulato flavo longitudine abdominis.*

*Reamn. inf. 6. t. 28. f. 5.*

*Habitat in Europa australi; in cylindris spiralibus terrenis sub tellis.*

*Lorgitudo Crabronis: petiolus cylindricus flavus. Pedes 1, 2, 3, 4 flavi, basi femorum nigri. Pedes 5, 6 flavi, sed apicibus femorum & tibiarum nigris.*

*figulus. 9. S. atra, abdomine subpetiolato: marginibus segmentorum lucidis.*

*Habitat Upsaliæ in parietum lignorum foraminibus ab aliis insectorum larvis factis reliquisque, que prima purgat circumroditque, deinde fundum argilla obicit, cui Araneam imponit, eique ovulum concordat, quo facto nidum argilla claudit. Larva apoda, pallida, larvisque Arum similis, consumta Aranea membranam luteo-fusciam & teneræ pupæ apicissimam nec. Una mater perplurimos nidos construit & plerunque non ultra biduum in quovis adornando consumit. T. Bergman.*

*Aicæ abdomine breviores. Abdomen petiolatum atrum marginibus segmentorum lucidis, si quis eos a capite oblique intueatur.*

\* \* *Abdomine subfæilli.*

*viatrica. 10. S. nigra, alis fuscis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris.*

*Fn. svec. 977. Amæn. acad. 3. p. 339.*

*Raj. inf. 254. n. 9. & jun. 22. Vespa miraculosa.*

*Frisch. inf. 2. t. 1. f. 13.*

*Habitat in Europa; fodit cuniculum, occidit lartam Phalax, attrahit, sepelit, imposito ovo, obturat.*

*pefctini- 11. S. nigra glabra, abdomine anteriore ferrugineo, pedi- pes. bus primariis ciliatis.*

*Habitat in Europa.*

*variega- 12. S. nigra tota, alis albo maculatis.*

*Habitat in Europa.*

*indica. 13. S. atra, pedibus antennisque ferrugineis, alis atro-caerulecentibus. M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*topica. 14. S. nigra, oculis albis, abdominis segmento secundo latiore ferrugineo. M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Colon. 15. S. nigra, pedibus antennisque rufis, thorace viridi, alis maculis duabus nigris.*

*Habitat in Svecia.*

*glabra. 16. S. nigra, abdomine ferrugineo apice fusco, alis primis rufis apice nigricantibus.*

*Habitat in Svecia.*

*robusta. 17. S. atra, abdominis segmentis utrinque macula alba, alis apice rufis, pedibus pollicis rubris.*

*Habitat in Europa.*

*arenaria. 18. S. abdominis fasciis quatuor flavis: primo segmento duobus punctis flavis. Fn. svec. 994.*

*Habitat in arena ad templum accessorium Fahlenense.*

*fessoria. 19. S. thorace immaculato, ore argenteo, abdomine maculis utrinque 4 albis.*

*Habitat in Europæ montibus fabulosis.*

*leucostoma. 20. S. atra glabra, labio argenteo, palmis fusca.*

*Habitat in Europa.*

*vaga. 21. S. thorace bipunctato, abdominis fasciis 3 flavis: primis interruptis, tibiis flavis. Fn. svec. 997.*

*Habitat in Europa.*

*cerulea. 22. S. cerulea, alis ferrugineis basi nigris. Mus. De Geer.*

*Habitat in America meridionali.*

*Magnitudo Crabronis. Alæ ferrugineaæ, basi nigrae, apice albantes. Antennæ basi nigrae, apice ferrugineaæ.*

*iguita. 23. S. glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo: apice quadridentato.*

*Fn. svec. 1004.*

*Frisch. inf. 9. t. 10. f. 1.*

*Habitat in maris Europa.*

aurata. 24. *S. glabra nitida*, thorace viridi, abdomine aureo bidentato.

*Habitat in muris Europæ.*

cyanæ. 25. *S. glabra nitida*, thorace abdomineque cœruleo: apice tridentato.

*Habitat in muris Europæ.*

## 217. VESPA. Os maxillis absque proboscide.

*Ale superiores plicatae, in omni sexu.  
Aculeus punctarius reconditus.*

Crabro. 1. *V. thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis incisuris puncto nigro duplice contiguo.*

*Fn. svec. 988. Aldr. inf. 225.*

*Monff. inf. 50. Frisch. inf. 9. t. 11. f. 1.*

*Raj. inf. 250. Swam. bibl. t. 26. f. 9.*

*Reaum. inf. 6. t. 18. f. 1.*

*4. t. 10. f. 9.*

*Habitat in Europæ arboribus cavis s. sub earum radicibus. Accipiter Apum.*

vulgaris. 2. *V. thorace lineolis 3 parium differentiam flavescentium, abdominis incisuris punctis nigris distinctis, Fn. svec. 989.*

*Mouff. inf. 52. Reaum. inf. 6. t. 17. f. 7, 8.*

*Raj. inf. 250. Frisch. inf. 9. t. 12. f. 2.*

*Aldr. inf. 198. Swamm. bibl. t. 26. f. 8.*

*Habitat in Europa sub teulis frequens; predatur Muscis, suratur mel Apum.*

rufa. 3. *V. thorace lineolis punctisque duobus flavis, abdome flavo antice ferrugineo.*

*Fn. svec. 998.*

*Reaum. inf. 6. t. 14?*

*Habitat in Europa.*

parietum. 4. *V. nigra, abdomine fasciis quinque flavis: prima remotissima.*

*Fn. svec. 990.*

*Frisch. inf. 9. t. 12. f. 1.*

*Habitat in foraminibus parietum ligneorum.*

muraria. 5. *V. nigra, thorace basi flavescente, abdomine fasciis quatuor flavis: prima remotissima.*

*Fn. svec. 991.*

*Frisch. inf. 9. p. 24. t. 12. f. 8, 9.*

*Habitat in muris.*

cibraria. 6. *V. nigra, abdomine fasciis sex flavis: intermediis tribus interraptis, tibiis anticis clypeis cribiformibus.*

*Raj. inf. 255. Vespa ichneumon pedibus anterioribus velut clypeatis.*

*Roland. Act. Stockb. 1751. p. 56. t. 3. f. 1.*

*Uddin. diff. 94. Apis tibiis anticis lamella cribiformi.*

*Habitat in Europa.*

spinipes. 7. *V. nigra, tibiis incisurisque abdominis flavis, femoribus intermediis denticulatis.*

*Habitat in Svecia. T. Bergman.*

rupestris. 8. *V. abdominis segmento secundo majore maculis duabus ovatis albidis, pedibus antenuisque ferrugineis.*

*Habitat ad Laticum latera australia, nidum ex fistulis aggregatis conficiens. Rolander.*

coarctata. 9. *V. abdominis primo articulo infundibuliformi, secundo campanulato maximo.*

*Fn. svec. 1002.*

*Frisch. inf. 9. t. 9.*

*Habitat in Europa.*

arvensis. 10. *V. abdominis fasciis quatuor flavis: tertia interrupta.*

*Fn. svec. 992.*

*Habitat in Europa.*

biguttata. 11. *V. thoracis scutello bipinosa, abdominis segmentis margine albis: secundo punctis duobus albis.*

*Fn. svec. 1011.*

*Habitat in Europa; trahit occisas Muscas se sipe triple maiores.*

angulata. 12. *V. thoracis scutello mucronato, abdominis segmentis punctis duobus albis sublateralibus.*

*Habitat in Europa.*

13. V.

**cornuta.** 13. V. rostro cornu subulato, abdomine atro: segmento secundo majore. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Thorax later. dentatus. Rostrum bivalve. Ala nigra. Alas cornibus duabus capite duplo longioribus.*

**signata.** 14. V. thorace supra nigro lineis quatuor fasciolisque dubius flavis. *M. L. U.*

*Habitat in America.*

**canaden sis.** 15. V. thorace squamis dicibus, abdominis ferruginei legamento primo obconico.

*Habitat in America septentrionali. P. Kalm.*

**emarginata.** 16. V. scutello emarginato, abdominis nigri petiolo incurvato utrinque unidentato. *M. L. U.*

*Habitat in America.*

**calida.** 17. V. nigra, abdominis apice antennisque fulvis. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*

218. **APIS.** Os maxillis atque proboscide inflexa vaginis duabus bivalvibus.

*Alae planæ, in omni sexu.*

*Aculeus Feminis & Neutris punctarius reconditus,*

**longicornis.** 1. A. antennis filiformibus longitudine corporis hirsuti subvique.

*Swamm. bibl. t. 26. f. 6.*

*Habitat in Europa.*

**tumulosa.** 2. A. antennis filiformibus longitudine corporis nigri per omnes maxillisque flavescens.

*Fn. svec. 1000. Apis nigra, pedibus maxillisque flavis.*

*It. gal. 336.*

*Habitat in Wisingsoë Tumulis sepulchralibus.*

**clavicornis.** 3. A. antennis clavatis longitudine corporis nigri, abdinis fasciis duabus flavis interruptis.

*Habitat in Europa.*

4. A.

*Apes vident in Societate gynacoceratica, favos firmant cereos, & mel e nectare suum hauriunt.*

**centunaria.** 4. A. nigra, abdomine subtus lana fulva. *Fn. svec. 1010. Raj. inf. 242.* Apis sylvestris, corpore longo angusto. *Reaum. inf. 6. t. 10. f. 3, 4. Frisch. inf. 11. t. 2?*

*Habitat in Europa intra terram plures nidos cylindricos ex foliis Roseæ formans, tamquam centunculos. Amer. acad. 3. p. 320.*

**cineraria.** 5. A. nigra, thorace hirsuto albicante: fascia nigra. *Habitat in Europa.*

**furina.** 6. A. atra, alis atro-cærulescentibus, abdominis petiolo mentis obovato.

*Habitat in America. Rolander.*

*Magna, facie Spbegis, sed lingua instructa.*

**retusa.** 7. A. nigra subhirta, abdominis basi retusa, tibiis posticis extus lanatis.

*Habitat in Europa.*

**rufa.** 8. A. fusca, abdomine rufescente, fronte alba.

*Raj. inf. 242. Apis sylvestris parva, abdomine breviore.*

*Fn. svec. 1009. Apis hirsuta, capite nigro, abdomine rufo, fronte alba.*

*Habitat in Europa.*

**bicornis.** 9. A. fronte bicorni, capite nigro, abdomine hirsuto. *Fn. svec. 1008.*

*Habitat in Europa.*

*An prioris semina? copula connexas vidit P. Forskål.*

**truncata.** 10. A. nigra glabra, fronte albida pubescente, abdomine rum. segmentis margine albidis, subtus flavicante.

*Habitat in Europa.*

**dentata.** 11. A. nitida viridis, alis nigris, femoribus posticis dentatis. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

**cordata.** 12. A. nitida viridis, alis hyalinis, abdomine cordato, tibiis posticis dilatatis. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

**helvola.** 13. A. rufa villosa oblonga subtus albida.

*Habitat in Europa.*

14. A.

succin- 14. A. thorace flavescente subvilloso, abdomine nigro;  
da. cingulis quatuor albis.  
*Habitat in Terris australibus.*  
*Restrum subzatum, cornuum, bivalve.*

zonata, 15. A. subpubescens fusca, abdomine cingulis quatuor  
cæruleis. M. L. U.  
*Habitat in Indiis.*

cærule- 16. A. fusca subvillosa, abdomine cærulecente: incisura  
scens. rem marginibus albicantibus.  
*Habitat in Europa.*

inellifera, 17. A. pubescens, thorace subgriseo. abdomine fusco,  
pedibus potticis glabris utrinque margine ciliatis.  
*Fa. succ. 1003.*  
*Manuf. inf. 2. Swamm. bibl. t. 17. f. 1. operaria.*  
*Aldr. inf. 20. f. 3. foecina.*  
*Jonfi. inf. 1. t. 2. f. 4. mas.*  
*Raf. inf. 240.*  
*Ream. inf. 5. t. 21. 23. t. 22. f. 1. operaria.*  
*f. 2. mas.*  
*f. 4. femina.*

*Habitat in Europæ arboribus cavis, frequentius culta.*  
REGINA (Femina) unica, altior, oblongior, aciculata.  
FUCI (Mares) ad 1600, inermes, antennis 18-articulatis.  
OPERAIE (Spadones) ad 20000, antennis 15-articulatis, ventriculus 2 melis cæruleus, aculeatae.  
Ense retrorsum ferrato latente intra vogum cuspidatam.

RESPUBLICA Alvearii gynæocratæ est, dum Femina  
imperans semper inclusa, operariorum cultuum satel-  
litio offlante stipata, antennis obvium flavore quinque  
cunque salutat, insilientaque comprimit cum illas  
vita dispendio; ponit dein ova ad 40000 sive pro-  
annis in adaptatis favi cellis: primum centro, deinde  
mascula, demum nonnulla feminina; his esciribis gradu  
2:do supra calorem astatis orainaria, adolcent la-  
vae sextiduo, nent ad parietes celia, operinuntur hinc  
dum adultæ evolant, alteroque die mellificant. Alves,  
ignavum pecus, incurii apricantur seruit diebus, quod  
le dediti. Spadones operarii, neutri, indefisi, mil-  
e nectaræ, ceram e polline florum sedulo legunt, mil-  
liaris spatio, quoties per calum licet, reanunt, faciat

cereos struant sexangulari-prismaticos, eosque mel-  
le replent, semen mares pilosque nutritant, cellas  
inhabitatas repurgant, immixta afferant, vigiles  
& stationes ad portas instituant, hostes arcant aculci-  
tela venenato fibi ipsi licet lethali, mare que deniam  
transfatis noctis expellunt. Hostes imprimis suis glo-  
tacilla, Hirundines, Pavones, Babones, Almæs, Gra-  
brones, Vespa, Pediculi, Apes fares, Meliborella, Hu-  
mus &c. Flores melliferi, non unius, præcipui  
sunt Echium, Borago, Verbascum, Serpyllum aliæ;  
imprimis Erica Svecæ, Fagopyrum Scoticæ, Thymus Po-  
lonis, Rosmarinus Narbonensis, Tymus Atticus,  
Arbutus Corsicus, Adonis Sardiniæ, Aconitum  
Ponticum &c. hinc præsum varium mellis: Vide Reau-  
marium, Aubenton.

subterra- 18. A. pubescens, thorace griseo, abdomine fusco, pedi-  
nes. bus undique villosis.  
*Habitat in Terra fabulosa sicciore, quam foraminibus*  
*pluribus parum remotis penetrant & distinctorie adifi-  
cant plures.*

variegata, 19. A. thorace abdomineque albo variegato.  
*Habitat in Europa.*

rotulata, 20. A. labio superiore conico inflexo, abdominis fasciis  
glaucis repandis.  
*Fa. succ. 999. Apis pedibus maxillisque favis apice ni-  
gris, incisuris abdominis glabris margine nigris.*  
*It. gal. 336.*  
*Habitat in Europæ monticulis arenosis.*

manicata, 21. A. nigra, pedibus anticis hisutissimis, ano multiden-  
tato, abdomine maculis flavis.  
*Habitat in Europa.*

denta- 22. A. fusca abdominis cingulis quinque albidis, ano quadri-  
ta. dentato: intermediis bindis.  
*Swamm. bibl. t. 26. f. 4.*  
*Habitat in Europa.*

forifo- 23. A. nigra, abdomine subcylindrico incurvo spicè bi-  
dialis. dentato, tibiis potticis apice spinosis.  
*Habitat in Europa, per noctes floribus inhaerens.*

conica. 24. A. fusca, abdomine conico acutissimo: segmentorum marginibus albis. *Fn. svec.* 1006.

*Raj. inf.* 252. n. ult.

*Reaum. inf.* 6. t. 11. f. 2, 3, 4

*Habitat in terræ cavitatibus.*

annulata. 25. A. nigra, fronte annulisque pedum nigris.  
*Habitat in Europa.*

ruficor- 26. A. antennis pedibus punctisque duobus thoracis fer-  
nis. ruginosis.  
*Habitat in Europa.*

ichneu- 27. A. rostro corneo recto, abdomine petiolato, thoracis futuris aurco-nitentibus.  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Similis Ichneumoni, A. mellifera major. Linguae vagi- na recta, nec reflexa, apice bifida. Antennæ nigre. Thorax nigricans futuris aureis nitentibus. Abdomen nigrum, segmentis tribus primis ferrugineis.*

cariofa. 28. A. fusca subvillosa, fronte pedibusque flavis.  
*Fn. svec.* 1001.  
*Habitat in Europæ ligno carioso.*

\* *Bombinatrices hirsutissimæ.*

violacea. 29. A. hirsuta atra, alis cærulecentibus.  
*Pet. gaz.* t. 12. f. 5. *Bombylius lusitanicus e nigro cæ- rulescens.*  
*Reaum. inf.* 6. t. 5. f. 1, 2.  
*Habitat in Truncis exficiatis Europæ australis, quot perforat, longitudinaliter excavat, ibique plures nidos a fundo incipiens polline herbarum melle mixto replet & unicuique ovum concretit. Nidi distinguuntur 4 l. 5 annulis ligneis. Nymphæ caput deorsum speciat ut in fundo exitum querat Apis perfecta.*

terrestris. 30. A. hirsuta nigra, thoracis cingulo flavo, ano albo.  
*Fn. svec.* 1012.  
*Mouff. inf.* 53. t. 2. *Bradl. natur.* t. 26. f. 1. D.  
*Gad. inf.* 2. t. 46. *Raj. inf.* 247. n. 8.  
*Lijt. gad.* f. 105. *Frisch. inf.* 9. t. 13. f. 1.  
*Reaum. inf.* 6. t. 3 f. 1.  
*Habitat in Europæ terra, sub qua profunde nidum ponit.*

31. A.

Lapida- 31. A. hirsuta atra, ano fulvo. *Fn. svec.* 1015.  
ria. *Frisch. inf.* 9. p. 25. n. 2.  
*Reaum. inf.* 6. t. 1. f. 1-4.  
*Habitat in accervis Lapidum.*

Musco- 32. A. hirsuta fulva, abdomine flavo. *Fn. svec.* 1017.  
rum. *Frisch. inf.* 9. p. 26. n. 3.  
*Reaum. inf.* 6. t. 2. f. 1-3.  
*Habitat sub Musco terrestris.*

Hypno- 33. A. hirsuta fulva, abdominis fascia nigra, ano albo.  
rum. *Fn. svec.* 1018.  
*Reaum. inf.* 6. t. 4. f. 1.  
*Habitat sub Muscis.*

terreno- 34. A. hirsuta atra. *Fn. svec.* 1013.  
rum. *Habitat sub terra.*

subterra- 35. A. hirsuta atra, ano fusco. *Fn. svec.* 1014.  
nea. *Habitat sub terra.*

furina- 36. A. hirsuta nigra, abdomine, excepto primo segmento, flavo.  
mens. *Habitat Surinami. Rolander.*

fluvians. 37. A. hirsuta nigra, thorace flavo. *M. L. U.*  
*Habitat in calidis regionibus.*

tropica. 38. A. hirsuta nigra, abdomine postice flavo. *M. L. U.*  
*Habitat in calidis regionibus.*

alpina. 39. A. hirsuta, thorace nigro, abdomine luteo. *Fann.*  
*svec.* 1016.  
*Habitat in Lapponiæ alpibus.*

218. FORMICA. *Squamula* erecta thoraci abdomi-  
nique interjecta

*Aculeus Feminis & Neutris re-  
conditus.*

*Alæ Maribus & Feminis; sed  
Neutris nullæ.*

herculea- 1. F. nigra, abdomine ovato, semoribus ferrugineis.  
ana. *Fn. svec.* 1019. *Formica magna.*

O o 2

I,

## INSECTA HYMENOPTERA. Formica.

- It. gotl.* 232. *Formica magna*, Hippomyrmex.  
*Raj. inf.* 69. *Formica maxima*.  
*Habitat in Europe trancis patridis vagabunda; in America septentrionali.* Kalm.
- rufa.* 2. *F. thorace compresso toto ferrugineo, capite abdomini neque nigris.*  
*Fn. suec.* 1020. *Formica rufa*.  
*Raj. inf.* 69. *Formica media rubra*.  
*Habitat in Europe acervis acerofis sylvaticis; in America septentrionali.* Kalm.
- fusca.* 3. *F. cinereo-fusca, tibiis pallidis.*  
*Fn. suec.* 1022. *Formica fusca*.  
*Raj. inf.* 69. *Formica media, nigro colore splendens*.  
*Habitat in Europe terra sabulosa*.
- nigra.* 4. *F. tota nigra nitida, tibiis cinerascentibus.*  
*Fn. suec.* 1023. *Formica atra*.  
*Raj. inf.* 69. *Formica minor e fusco nigricans*.  
*Habitat in Europe terra*.
- obsceta.* 5. *F. supra nigra, subtus testaceo rufa, abdomine subglobo.*  
*Habitat in Europe terra*.
- rubra.* 6. *F. testacea, oculis punctoque sub abdomine nigris.*  
*Fn. suec.* 1022. *Formica rubra*.  
*Raj. inf.* 69. *Formica minima rubra*.  
*Habitat in Europe tuberibus graminosis*.
- Pharaonis.* 7. *F. rufa, abdomine magis fusco.* M. L. U.  
*Habitat in Egypto; minima*.
- Salomoni.* 8. *F. rubra, abdomine nigro subvilloso.* M. L. U.  
*Habitat in Egypto, Arabia, Palæstina*.
